Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
D
7
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DISPENSATO-
RIUM
COLLEGII
MEDICI
NORIMBERGENSIS.

Digitized by Google

IN

FRONTISPICIUM

hujus

DISPENSATORII.

DEſpice gentilis vaniſſima Numina cœtûs,
O artubus infirmis ſi petis, æger! opem.
Hûc propera. Omnipotentis ope hîc Medicina paratur;
Præſcribit Medici quam benedicta manus.
Cœleſtis Medici eſt Medicus terreſtris imago.
Hic Illum colit: Hunc, præcipit Ille, coli.

JOHANNES MICHAEL DILHERRUS,
P. Theol. & Phil. P. P. Gymnaſii Director.



NAPOLI

Digitized by Google

DISPENSATORIUM PHARMACORUM OMNIUM, TAM GALENICORUM, QUAM CHYMICORUM,

quæ hodie in uſu potiore ſunt.

AUTHORE PRIMO

VALERIO CORDO.

Nunc verò

Operâ & Studio

COLLEGII MEDICI INCLYTÆ REIPUBLICÆ NORIMBERGENSIS

emendatius, ac ſelectis Compoſitionibus auctius redditum,

& quartò publicatum.



NORIMBERGÆ,

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ ENDTERI, & WOLFGANGI JUNIORIS Hæredum.

ANNO M. DC. LXVI.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

MAGNIFICO, PRÆSTRENUO, NOBILISSIMOQUE

INCLYTÆ REIPUBLICÆ NORIMBERGENSIS

SENATUI,

Dominis noſtris, jugi Obſequio Cultuſque devoto venerandis,

MAGNIFICI, PRÆSTRENUI, NOBILISSIMIQUE DOMINI,

Dum Præſtrenuis & Ampliſſimis Magnificentiis Veſtris nihil offerri poſſit, aut debeat, quod non ſit

Magnificum & ingens, nulla quod rapiat dies;

vix Veſtræ voluntati ſufficiet Collegium noſtrum, ſi, eandem imperii loco habens, humilibus ſuis ſervitiis jam pro viribus nititur exequi. Veluti conatus hic noſter ſuo fortaſſe ſplendore careret; niſi, ſalubri juſſuum Veſtrorum vi, noſtroque obſequio, tandem in effectum datus, lucem videret publicam, pondusq; illi haud leve afferret inſignis Veſtrarum Magnificentiarum Authoritas; ſub cujus prolixæ in nos benevolentiæ radiis prodire in publicum geſtit labor iſte, non, ut ſperamus, infelici ſub ſidere ſuſceptus. Odioſa certè, & nimis effuſa eſt hodie, tot hinc inde, pro ægris medicamẽta conſarcinandi, libertas; ut, quæ ſaltem in mentem, citra ullam licet rationem, cuivis venire ſolent, compilentur, & in abſurdum quoddam Chaos coagmententur, citiusque illa in mor-

bum

bum præcipitare, quàm inde reducere decumbentem poſſint; adeò, ut ſe quis facilè, niſi longo ſatis tempore, & uſu crebriore, ſtipendia in caſtris Æſculapii meruerit, nedum Artis hujus Tyro, expedire nequeat.

Loci proinde noſtri eſſe judicavimus, ut, benè tritis Majorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, ſemitam quandam, à Collegio noſtro ſelectiorem æſtimatam, in Officinis deinceps Pharmaceυticis ſtudiosè ſolùmque terendam indicaremus; ne ob diverſas tot Confectionum formulas, discrepantes Pharmacopœorum animi ipſi ampliùs Medico, jam circa morbum ægri debellandum occupato, ambiguam redderent palmam. Contentionum porrò inter ſe ſerram reciprocare ut auſint, alterq́ ſingularitatis nomine præ altero efferre ſe poſſit, non ampliùs habebunt Pharmacopœi. Atque ob id certiores de ſpe ſalutis ſuæ redditi Ægroti, tantò confidentius præſcripta aſſument Pharmaca, quò ſecuriùs illa, unanimi in Officinis præparata fuiſſe, intelligent, ratione. Magis adhuc militat, quòd, remotis & abjectis admodum multis Vett. magnis licet, Antidotis, ineptis quippe tot ſimplicium miſcellaneis

laneis & farraginibus, nitidiorum & minori numero conſtantium medicamentorum delectu frui liceat; unde & compendioſa magis, minúsque ſumptuoſa Officinarum ipſarum conſervatio, miſerorumque decumbentium minor frugaliorque ſumptuum erogatio inſequatur. Exinde ſcilicet tot tantáque emergunt commoda, ut nec nos ſuſcepti pœnitere laboris, nec Pharmacopœis de immenſis conquerendi expenſis ſupereſſe occaſio poſſit. Re tandem hâc diligentiùs penſitatâ, ſingulisque hiſce propiùs ad animum revocatis, ſub felicibus auſpiciis, Nobiliſſimorum Dominorum, Medici Collegii noſtri Præſidum,

DN. GEORGII SIGISMUNDI FURERI, ab Haymendorff/
PROTOSCHOLARCHÆ,
&
DN. JODOCI VVILHELMI EBNERI, ab Eſchenbach/

Nobis contractiore hâc ac breviore methodo uti, &, ad aliorum exemplum, Diſpenſatorium hocce, quaſi quoddam compendium, elaborare placuit, ſpe indubiâ, hoc ipſum in ſummam DEI gloriam, & in præci-

)( )(puum

puum totius Rei , quæ eſt, publicæ & privatæ , ut & miſerorum undique languentium commodum atq; ſalutem ex voto, quod DEUS Ter Maximus ſecundet, devoto ſuccinctè ceſſurum : id quod animitus vovent.

PRÆSTRENUARUM AMPLITUD. ET NOBILITATUM VESTRARUM,

Anno cIɔ Iɔc LXVI.
Menſe Martio.

Obſervantiſſ.

Decanus & Collegium
Medicum.

Præfatio ad Lectorem.

LECTOR BENEVOLE:

DEcem, & quod excurrit, prætериère luſtra, quòd DISPENSATORIUM noſtrum, publici juris factum, antiquo ſuo vigore illibatum conſtitit, & hûcuſq; perennavit. Nunc autem, ceu loquitur Tacit. uti omnibus rebus ineſt quidam velut Orbis, & æquè mores hominũ, atq; tempora, variant. ita, habitâ illorum, potiſſimùm Artis, indies incrementa capientis, ratione, dandum eſſe aliquid etiam noſtrô huic ſeculo, judicavimus: quòd nec apud Antiquos ſaltem præſtantia quæq;, ſed & hæc quoq; ætas ferat artes, quas imitemur. Quò factum, ut novam Operis Pharmacevtici Editionem molientibus, ne, quod quondam Solis Clymenesq; filio, Phaëtonti, accidiſſe, veneranda finxit Antiquitas, idem & nobis uſu veniat, ut ſanioribus Anteceſſorum noſtrorum placitis vel neglectis, vel exploſis prorſus, & abrogatis, Recentiorum ſaltem inventis inniti velle, videamur; ſingulari ſtudio fuit proſpectum, ut, ſecundum monitum Phœbi, filio Phaëtonti datum; medio tutiſſimus ibis, *media & nos, Regiaq; inſiſtentes ſemita, nec anteactis, neq; etiam retrolabentibus ſeculis nos nimiũ manciparemus, eos, qui* medium tenuêre, beatos *judicantes. Etenim & profanæ ſuperbiæ, ſanè, putandum, ubiq; negligere avitam prudentiam; & abſurdum reverentiæ genus eſſe, quod nos perpetuò illorum inſtitutis velit addicere. Atq;, uti nihil ſimul inventum eſt & conſummatum: ita quoq; nec omnibus adeò abſolutum numeris, quicquid tentarunt Veteres, poſteritati reliquêre, quin è profundis pleraq; Junioribus eruenda conceſſerint, ut ſuus cuivis ætati conſtaret honor, & æſtimatio. Nimirum, multum egerunt, qui ante nos fuerunt, ſed non peregerunt: multum adhuc reſtat operis, multumq; reſtabit, nec ulli, nato poſt mille ſecula, præcludetur occaſio, aliquid adhuc adjiciendi: effato Senecæ.*

Inſignem olim nominis ſui famam; ſuò quoq; merito, conſecutus eſt VALERIUS CORDUS, qui ex omni bonorum Auto-

rum genere, primitùs ſuo uſui DISPENSATORIUM *quoddam collegit, atq; idem poſtea, à Collegio Medicorum Noribergenſium approbatum, Ampliſſimo Senatui obtulit, eoq́; titulo idem Collegium ſibi magnoperè devinxit, ut aliquandiu immutatas illas, & ad hæc usq; tempora, in ſuis Officinis, ad uſum conſervârit formulas; nec minùs in quibuſdam etiamnum à nobis obſervari voluit, juſſitq́; perennis tanti Autoris memoria; quantumvis pleraq; alia, ſolidiori ingenio, uſuq́; magis probata, excogitârit præſentis ratio temporis. Hæc enim ætas plurima, uſu antiquata, jam dudum reſpuere cœpit, magnas præcipuè Antidotos, longasq́; nimis Potiones, & Decocta, atq; inconditam infinitorum ferè ſimplicium maſſam & conglomerationem, non immeritò exulare jusſit, nullius ferè medicamenti, niſi quod adſpectui jucundum, guſtui gratum, & palato ſapidum, olfactuiq́; Hyblæam quandam afflaverit ſuavitatem, &, uno verbo, Chymico tantùm artificio elaboratum, & in exquiſitiſſimæ exiguitatis concentratum fuerit doſin, allecta deſiderio.*

Auſu proinde non, ut ſperamus, infelici, nedum fortasſis temerario, aggresſi Veteris noſtri DISPENSATORII *Reformationem, aliorum exemplo ducti, pleraq; Antiquorum medicamenta civitate donavimus, ſed nec pauciora immutavimus, &, expunctis quàm plurimis obſoletis, hocq́; ſeculo inuſitatis Compoſitionibus, talia ſubſtituiſſe confidimus, quæ modernis ingeniis magis ad palatum fore, exiſtimavimus. Si quem, quæ nova ſaltem, & limatiori elaborata ſunt judicio, tantummodò delectant, miſſis his noſtris, Clariſſ.* ZVVELFERI *gaudeat lucubrationibus licet, quibus non pauca in noſtro hoc opere debere nos, non diffitemur; adeò, cum Comico, nunquam quicquam injuſtius æſtimantes illis imperitis hominibus, qui, niſi quod ipſi faciunt, nihil rectum putant.*

Ordinem & Medico curanti, & Pharmacopœo conficienti Pharmaca, magis accommodum præ cæteris elegiſſe videmur, eo modo inſtitutum, ut Decoctorum, à citra Coctionem parandorum, & ab iis Chymicorum medicamentorum, facilis conſtaret delectus; quanquam non ita exactè ubiq; attendi potuerit; eaq́; de causâ meliorem ejusdem rationem cuivis liberam relinquimus.

Theriacæ & Mithridatii Confectiones primò ſtatim in limine ſeſe offerunt, quòd eas in ſuis Tabernis paſſim primo omnium adſpe-

ctui

ctui exponere ſoleant Aromatarii; & inviolatas quidem ſiſteri, ac ſine ſacrilegii ſuſpicione vix immutari potuiſſe, exiſtimavimus; reſolutas tamen, exterminatis inutilibus Trochiſcorum Viperæ, & Scillæ farinis, ſuumq; in ordinem Simplicibus, Paſtillos Hedychroi Cypheosq; ingredientibus repoſitis, habito animaliũ, vegetabilium, & mineralium reſpectu, ſubjungere, non extra Rhombum duximus.

Haſce ſequuntur numero plura, tum Decoctionis, & ſimplicis Compoſitionis, quàm Chymicâ concinnata Arte, quæ medicamenta citra Coctionem parata ingrediuntur: nec minùs ſecundæ inſerti ſunt Claſſi Syrupi & Julapia, ſolâ diſſolutione comparanda, quæ tertiæ Claſſi magis convenire poſſent. Hanc vero exquiſitam locationem non adeò ſollicitè attendunt Pharmacopœi, quibus laborem hunc noſtrum volumus conſecratum.

Poſtremam Chymica conſtituunt Claſſem: in hac ſingularia quæ ſunt, aut rariora, nõ attigimus; dum ſibi, ſuisq; Secreta Inventoribus maluimus relinquere: quæ verò vulgatiora quotidianus comprobavit uſus, ea præ cæteris noſtra voluimus, non, niſi ab experto uſurpanda Medico, & à ſagaci, atq; induſtrio conficienda Pharmacopœo.

Simplicia Coronidem libro imponunt, eâ methodo notata, ut, cui viſum fuerit, ex elaboratiſſimo CASP. BAUHINI *Pinace certam, & in Officinis hactenus receptam communioris plantæ ſpeciem, facilè cuivis invenire, inventamq; apud ſuos delineatam Autores, intueri & cognoſcere liceat. Ex Germano Indice, quæ à rudi deſiderantur plebeculâ, addiſcent Miniſtri & Tyrones, quod ignorant, ut erroris culpam eò promptiùs evitare poſſint.*

Si quid inde commodi in bonum publicum, (quod non omninò deſperamus) & in Supremi Numinis gloriam, & ad priſtinam ſanitatem aſpirantium emolumentum redundârit, eſt, quod nobis, noſtro functis officio, gratulemur; ſin non ſuffecerimus omnibus, (quod nec ipſum nobis omninò promittimus) moniti meliora ſequemur; interim, alium nullum finem hujus Laboris noſtri nobis fuiſſe propoſitum, atteſtantes, niſi tàm multis aliis, qui hæc noſtra lecturi ſunt, quàm præcipuè Inclytæ noſtræ Reipubl. Civibus, pro viribus prodeſſe, ac inſervire: quo quoq; in deſiderio, ceu gemmâ, ſummam votorum noſtrorum repoſitam hîc obſignamus.

)( )(3 Syno-

Digitized by Google

Synopſis totius Diſpenſatorii.

MEDICAMENTORUM ALIA PRÆPARANTUR

- **CLASSIS I.** Citra decoctionem in formâ.
  - liquidâ.
    - cum Melle
      - Confortantia.
      - Purgantia.
    - cum Saccharo
      - Confortantia.
      - Purgantis.
    - SECT. I. fol. 1.
  - mediâ: Conſervæ SECT. II. f. 20.
  - ſiccâ
    - cum Saccharo in formâ
      - Pulveris
        - Confortantis.
        - Purgantis.
        - SECT. III. f. 21.
      - Solidâ.
        - Rotulæ.
        - Trochiſci.
        - Morſuli.
        - SECT. IV. f. 30.
    - Sine Saccharo, ut
      - Pulver.
        - medicati non purgantes,
        - lenient. & purgant.
        - his, add. Spec. pro Decoctis, SECT. V. f. 36.
      - Pilulæ SECT. VI. f. 50.
      - Trochiſci, Sief, Naſalia, Suppoſ. SECT. VII. f. 57.
- **CLASSIS II.** Per decoctionem, ut
  - Syrupi
    - cum Saccharo
      - ſimplices, Rob SECT. I. f. 62.
      - compoſiti. SECT. II. f. 66.
    - cum Melle
      - ſimplices. SECT. III. f. 84.
      - compoſiti. SECT. IV. f. 86.
    - iiq; vel
      - alterantes.
      - purgantes.
  - Extracta per cribrum vel ſetaceum, ut Pulpæ, Flores, Medullæ, &c. SECT. V. (f. 88.
  - Condita, SECT. VI. f. 89.
  - Olea
    - ſimplicia.
      - decocta.
      - expreſſa.
      - SECT. VII. f. 90.
    - compoſita.
  - Linimenta & Unguenta, SECT. VIII. f. 96.
  - Cerata & Emplaſtra SECT. IX. f. 116.
  - Cataplaſmata. SECT. X. f. 131.
- **CLASSIS III.** Chymicè.
  - Per deſtillationem, ut
    - Aquæ
      - ſimplices, Aceta, Succi liquid. & concreti. SECT. I. (f. 136.
      - compoſitæ, & per infuſionem paratæ. SECT. II. (f. 140.
    - Spiritus
      - ſimplices, ſique vel per ſe, vel cum (vino ſubl. parati.
      - compoſiti,
        - Elixiria,
        - Eſſentiæ,
        - Tincturæ,
      - Minerales
        - per Retortum acti,
        - coagulati ſ. ſicci.
      - SECT. III. f. 157.
    - Olea, eaque vel
      - ſimplicia,
      - compoſita.
      - ex Mineralibus,
      - exinde Elæoſacchara, Balſami, SECT. IV. 179.
  - Per extractionem, ut ſunt Extracta
    - ſimplicia
    - compoſita
    - SECT. V. f. 181.
  - Per incinerationem, ut ſunt Salia vegetabilium (his addentur Salia
    - Eſſentialia.
    - Volatilia.
    - Mineralia.
    - SECT. VI. (f. 187.
  - Per artificioſam præparationem, eaq; vel
    - ſimplicia.
    - compoſita.
    - SECT. VII. f. 196.

CLASSIS PRIMA MEDICAMENTORUM

Citra

DECOCTIONEM PARATORUM.

IPSA MAJUS INVIDIA
OPUS
Quod, ut monumentum ære perennius, exegit

VIR Incomparabilis,

CASP. HOFMANNUS,
Philoſophus & Medicus, & in Univerſitate
Noribergenſium Altorfina Profeſſor, per XLI. annos longè Celeberrimus,

Tredecim omnino annorum ſpatio, ſtupendâ induſtriâ impenſo,

primùm

Magnis CL. GALENI voluminibus, quæ extant ex editione Aldinâ, omnibus

GRÆCIS.

Ea minutatim percurrendo per apices ſingulos, periodos omnes, per ſuas interpunctiones manu ſuâ notando, obliterando eas, quas correctiſſima exemplaria Græca in bibliothecis Anglicanis, Gallicis, Italicis, Hiſpanicis, Germanis, conſtanter reſpuerant, nectendo, quæ alicubi disjecta erant, addendo; quæ neglecta, ad ſingulorum capitum calcem variantes lectiones, atque inſignes, è ſuo ingenio natas, notas adjiciendo.

Deinde, eâdem prorſus Induſtriâ,

LATINA.

Venetiis à Juntis edita revidendo, reſecando, quæ ſuperflua erant, faciliùs vertendo, quæ infeliciter Interpretes tentaverunt, pérque ſingulos paragraphos in margine diſtribuendo, ut promptè, quæ in copioſum adjectum indicem digeſſit, græcum latinúmque indefeſſo ſtudio quaſcúnque materias aptè congerendo, inveniri queant.

Hoc penè ſupra unius hominis vires, ab uno tamen homine, etiam

SENE VIRO.

Enodatum emaculatumq́, nitideq́ ſatis perpolitum

OPUS,

Magno ſuo ære, à Vivo adhuc Authore & oblatum, & redemptum, etſi ſibi Soli ſuiſque proprium, grande nec dum viſum Cimelium premere poſſet

Nobi-

Nobil. Experientiſſimus & Excellentiſſimus

DOMINUS

IOHANNES GEORGIUS VOLCKAMERUS,

Med. Doctor, Decanus Collegii Medicorum
Norimbergenſium, & Viſitator Senior Officinarum
Pharmaceuticarum:
Religioni tamen ſibi duxit, prorſus abſcondere; multò verò potiùs
ut poſteritas & beati Authoris ſtupendam induſtriam,
& Nob. Emptoris, & adhuc Poſſeſſoris fidelitatem,
gratâ noſceret mente; & pro eo, ac par eſt, deprædicaret,
Publicæ luci, & tolerabili ſive pretio, ſive certis exemplaribus recipiendis

TYPOGRAPHIS

offert
idque jam nunc libentiùs,
Poſtquam pretium eorum tanti factum eſſe,
conſtat, apud Exteros etiam,
ut Illuſtris JACOBUS GAFFARELLUS,
Gallus,
Magnus Magni Operis Æſtimator,
Numerum jam aliquot Annotationum, in quinque ſaltem Volumina
Græca Galeni à Summo Medico HOFMANNO factarum
typis ſignificaverit,
Plus utiq; profuturus,
Si ipſa illa Volumina Græco-Latina accuratè correcta, diſtincta, interpuncta eleganti manu Annotationum Authoris
unà promittere haberet.
Quæ, totius Facultatis Medicæ Teſtimonio,
de manu in manum ſibi ſoli tradita, hactenusque ſedulò aſſervata bono publico nunc minùs invidebit
Genuinus omnium operum emaculatorum
POSSESSOR.
Calend. Martii M. DC. LXV.

D.W.P.&P.P.

COL-

COLLEGII MEDICI
TESTIMONIUM,
De juſtâ genuinorum, in omnia Magni GALENI opera, Commentariorum poſſeſſione.

QUanquam inter belli tricennales vaſtitates, rapinas, incendia, unà cum dilectâ Patriâ communi, Germaniâ, liberales artes extremum halitum ducere, &, propediem expiraturas, multi crederent: ſingulari tamen indultu DEUS, pro Clariſſimo & Excellentiſſimo Dn. D. CASPARO HOFMANNO, in Inclyta Norimbergenſium Academiâ, Altorffii P. P. excubias quaſi egit, ac halcyonia, conceſſit, ita quidem, ut admirandum & penè ſtupendum GALENI opus Græco-Latinum, quaſi ſupra vires & hominum captum; ex variis lectionibus concinnare, Interpretum ſelectiſſimorum, tàm impreſſorum, quàm manuſcriptorum, ſententias conſarcinare, ac in decem ſectiones, ſive volumina, pulcherrimo, &, ad artem Medicam perdiſcendam, aptiſſimo ordine digerere potuerit. In quibus, ut ϭυλήϐδην dicamus, Novas quidem ſententias & opiniones Interpretum temerè non rejecit; nec veteres, ſine causâ, caſtigavit: deterſis erroribus typographicis, qui in editionibus Galeni per Juntam, Frobenium, cæteros, irrepſerant; reſectis quinetiam libellis nothis, qui vel ipſi Galeno noſtro, vel Hippocrati, falsò fuerunt adſcripti; additis locis parallelis, ac indice copioſo, tantâ quidem dexteritate, ac indefeſſo labore, ut omnibus iis, qui in operibus Galeni unquam deſudarunt, palmam facilè præripuerit. Cum itaque tam egregium, & omnibus numeris abſolutum, à Gallis, Anglis, & aliis, multoties expetitum opus Clariſſimus & Excellentiſſimus Dn. D. JOHANNES GEORGIUS VOLCAMERUS

RUS, Collega noſter honorandus, non vili pretio, ab Autore, dum vixit, redemtum, publico largiri commodo cupiat, ut μεγαλοπρέπειαν hanc, & conatum δαπάνας μεγάλας ϗ πρέπουσας adjuvent, procurent, promoveant, optandum: Quod & ipſi, & Operi, voto publico favemus.

VI. Martii M DC LI.

Decanus & Collegium Medicum Reipubl. Norimbergenſis.

RUS, Collega noſter honorandus, non vili pretio,ab Autore,

DUCE ATQUE AUSPICE CHRISTO.

CLASSIS PRIMA

Medicamentorum citra Coctionem paratorum tàm Simplicium, quàm Compoſitorum.

SECTIO PRIMA

In forma Liquida.

ELECTUARIORUM

Cum Melle Confortantium & Alterantium.

THERIACA ANDROMACHI Senioris

℞. Trochiſcorum Scylliticorum — — *uncias ſex,*
de Vipera,
Piperis longi,
Opii,
Magmatis Hedychroi — — *ana uncias tres,*
Foliorum Roſarum ſiccarum.
Iridis Illyricæ;
Succi Glycyrrhizæ,
Seminis Napi,
Scordii;
Opobalſami, vel olei Nucis moſchatæ,
Cinamomi,
Agarici — — *ana unciam unam ſemis,*
Myrrhæ,
Coſti;

A Croci

Croci Orientalis,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi,
Thuris maſculi,
Piperis candidi,
nigri,
Fol. & flor. Dictamni Cretici,
Marrubii,
Rhapontici veri,
Stœchadis,
Sem. Petroſelini veri, Macedon.
Calaminthæ montanæ,
Terebinthinæ Cypriæ,
Zingiberis,
Radicum Quinquefolii — — *ana dracm. ſex*,
Polii Cretici,
Chamæpyteos,
Styracis calamitæ,
Mei,
Amomi racemoſi, ſive ſeminis Citri,
Acori,
Nardi Celticæ,
Terræ Lemniæ,
Phu Pontici,
Chamædryos veræ,
Fol. Malabathri, vel Macis,
Chalcitidis toſtæ, ſ. Vitrioli ad flavedinem calcinati,
Radicis Gentianæ,
Aniſi,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami, ſive Cubebarum,
Gummi Arabici,
Semin. Fœniculi,
Cardamomi minoris,

Seſe-

Seſeleos Maſſilienſis,
Succi Acaciæ,
Thlaſpios,
Hyperici,
Ammi,
Sagapeni — — *ana unciam ſemis*,
Caſtorei,
Ariſtolochiæ longæ,
Sem. Dauci Cretici,
Bituminis Judaici,
Opopanacis,
Centaurei minoris,
Galbani puri — — *ana drachm. duas*,
Vini, *quantum liquoribus & ſuccis diſſolvendis ſufficit*,
Mellis optimi *triplum*.

Fiat ſecundum artem.

THERIACA RESOLUTA.

℞. Alcohol Viperarum — — *uncias duas, drachm. tres, grana duodecim*,
Caſtorei electi — — *drachm. duas*,
Pulpæ Scyllæ — — *uncias tres ſemis, grana quadraginta octo*,
Radicum Iridis Illyricæ — — *unciam unam ſemis*,
Quinquefolii,
Rhapontici veri,
Zingiberis — — *ana drachm. ſex*,
Phu Pontici — — *drachm. quinque*,
Acori,
Gentianæ,
Mei — — *ana unciam ſemis*,
Ariſtolochiæ longæ — — *drachm. duas*,
Calami Aromatici — — *drachm. unam*,
Aſari — — *Scrupulos duos*;

Fol. & ſummit. Scordii — — *unciam unam ſemis*,
Nardi Indicæ — — *unciam unam*,
Schœnanthi — — *drachm. ſeptem*,
Calaminthæ montanæ,
Dictamni Cretici,
Malabathri,
Marrubii — — *ana drachm. ſex*,
Chamædryos,
Chamæpyteos,
Nardi Celticæ,
Polii montani — — *ana unciam ſemis*,
Mari veri,
Majoranæ — — *ana ſcrup. duos*,
Florum Roſarum finiſſ. — — *unciam unam ſemis*,
Stœchadis Arabicæ — — *drachm. ſex*,
Hyperici — — *unciam ſemis*,
Centaurei minoris — — *drachm. duas*,
Seminum Napi — — *unciam unam ſemis*,
Amomi racemoſi — — *unciam unam*,
Petroſelini — — *drachm. ſex*,
Ammii,
Aniſi,
Fœniculi,
Seſeli Maſſilienſis,
Thlaſpi — — *ana unciam ſemis*,
Dauci Cretici — — *drachm. duas*,
Carpobalſami — — *unciam ſemis*,
Piperis longi — — *uncias tres*,
Cinamomi electi — — *drachm. tredecim*,
Caſſiæ ligneæ,
Croci Orientalis — — *ana unciam unam*,
Coſti veri — — *drachm. ſeptem*,
Piperis albi,
nigri — — *ana drachm. ſex*,
Cardamomi minoris — — *unciam ſemis*,

A Ligni

Ligni Aloës — — *drachm. unam,*
Santali citrini — — *ſcrup. duos,*
Succi Opii Thebaici el. — — *uncias tres,*
Opobalſami veri — — *drachm. tredecim,*
Liquiritiæ — — *unciam unam ſemis,*
Acaciæ,
Hypociſtidis — — *ana unciam ſemis,*
Myrrhæ rubræ — — *unciam unam,*
Terebinthinæ Cypriæ,
Thuris electi — — *ana drachm. ſex,*
Gummi Arabici,
Storacis calamitæ — — *ana unciam ſemis,*
Bituminis Judaici,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni — — *ana drachm. duas,*
Maſtiches elect. — — *ſcrup. unum,*
Agarici albiſſimi — — *unciam unam ſemis,*
Terræ Lemniæ,
Chalcitidis — — *ana unciam ſemis,*
Vini, *quantum pro diſſolvendis liquoribus & ſuccis ſufficit,*
Mellis optimi deſpumati *triplum.*

Fiat ſecundum artem.

MITHRIDATIUM DAMOCRATIS.

℞. Myrrhæ electæ,
Croci,
Agarici,
Zingiberis,
Cinamomi,
Spicæ Nardi,
Thuris electi,
Thlaſpios — — *ana drachm. decem.*

Seſeleos,
Opobalſami, aut olei Caryophyllorum,
Schœnanthi,
Stœchadis,
Coſti Aromatici,
Galbani,
Terebinthinæ,
Piperis longi,
Caſtorei,
Succi Hypociſtidis,
Styracis,
Opopanacis,
Folii — — *ana unciam unam*,
Caſſiæ ligneæ,
Polii
Piperis albi,
Scordii,
Sem. Dauci Cretici,
Carpobalſami,
Trochiſcorum Cypheos,
Bdellii — — *ana drachm. ſeptem*,
Nardi Celticæ,
Gummi,
Seminis Petroſelini,
Opii,
Cardamomi,
Sem. Fœniculi,
Gentianæ,
Roſarum rubrarum,
Dictamni Cretici — — *ana drachm. quinque*,
Aniſi,
Aſari,
Acori,
Phu,
Sagapeni — — *ana drachm. tres.*
Mei Athamantici,

Acaciæ,
Ventris Scinci veri,
Summitatum Hyperici —— *ana drachm. duas ſemis,*
Vini, *quantum ſufficit*
Mellis *triplum.*

Ms. ſ. a.

MITHRIDATIUM DAMOCRATIS RESOLUTUM.

℞. Caſtorei electi —— *unciam unam,*
Ventris Scinci veri —— *drachm. duas ſemis,*
Radicum Zingiberis albi —— *drachm. decem,*
Gentianæ —— *drachm. quinque,*
Acori,
Aſari,
Phu Pontici —— *ana drachm. tres,*
Mei Athamant. —— *drachm. duas ſemis,*
Calami Aromatici —— *grana triginta quinque,*
Cyperi purg. —— *grana duodecim,*
Fol. Schœnanthi —— *unciam unam, grana quadraginta ſex,*
Malabathri —— *unciam unam,*
Polii —— *drachm. ſeptem,*
Scordii,
Dictamni Cretici,
Nardi Celticæ —— *ana drachm. quinque,*
Flor. Spicæ Nardi —— *drachm. decem, grana duodecim;*
Stœchadis Arabic. —— *unciam unam,*
Roſar. rubr. finiſſ. —— *drachm. quinque,*
Hyperici —— *drachm. duas ſemis,*
Sem. Thlaſpi —— *drachm. decem,*
Seſeli —— *unciam unam,*
Dauci Cretici —— *drachm. ſeptem,*

Fœni-

Fœniculi,
Petroſelini —— *ana drachm. quinque,*
Aniſi —— *drachm. tres,*
Carpobalſami —— *drachm. ſeptem,*
Pulpæ Cibebarum —— *drachm. unam ſemis,*
Bacc. Juniperi —— *grana duodecim,*
Cinamomi acuti —— *drachm. decem, grana ſedecim,*
Croci Orientalis —— *drachm. decem, grana quatuor,*
Coſti Aromatici,
Piperis longi —— *ana unciam unam,*
Caſſiæ ligneæ —— *drachm. ſeptem, grana duodecim,*
Piperis albi —— *drachm. ſeptem,*
Cardamomi minoris —— *drachm. quinque,*
Succi Hypociſtidis,
Opobalſami —— *ana unciam unam,*
Opii Thebaici —— *drachm. quinque,*
Acaciæ —— *drachmas duas ſemis,*
Myrrhæ electæ —— *drachmas decem, grana quadraginta ſex,*
Thuris electi —— *drachmas decem,*
Galbani,
Opopanacis,
Styracis calamitæ —— *ana unciam unam,*
Terebinthinæ Cypriæ coctæ —— *drachmas novem ſemis,*
Bdellii —— *drachmas ſeptem, grana duodecim,*
Gummi Arabici —— *drachmas quinque,*
Sagapeni —— *drachmas tres,*
Aſpalathi —— *grana decem,*
Agarici albiſſimi —— *drachmas decem,*
Vini, *quantum ſufficit,*
Mellis *triplum.*

Fiat ſecundum artem.

THE-

THERIACA SIMPLEX,
DIATESSARON DICTA.

℞. Gentianæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ — *ana uncias duas*,
Mellis deſpumati *triplum*.

ELECTUARIUM PE-
CTORALE.

℞. Rad. Enulæ,
Iridis Florentinæ,
Liquiritiæ — *ana drachm. unam ſemis*,
Fol. Salviæ,
Veronicæ,
Hyſſopi — *ana manipulum ſemis*,
Sem. Aniſi,
Fœniculi — *ana drachm. unam*,
Baccarum Lauri — *numero quindecim*.
Contuſa miſceantur cum Mellis ſufficienti quantitate.

ELECTUARIUM DE
SATYRIO.

℞. Teſtic. Satyrii ſucculentorum conditorum,
Pinearum,
Piſtachiorum,
Rad. Paſtinacæ ſativæ rec.
Siſeris,
Nucis Indicæ — *ana unciam unam ſemis*,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Sem. Aniſi,
Erucæ,

Fraxini — — *ana drachmas quinque,*
Urticæ,
Cinamomi,
Carnis Scincorum verorum — — *ana drachm. duas ſemis,*
Moſchi — — *grana ſeptem,*
Mellis deſpumati optimi *triplum.*

Ms.

ELECT. DE SCORDIO,
DIASCORDIUM DICTUM.

℞. Scordii veri — — *unciam ſemis,*
Rad. Dictamni albi,
Tormentillæ,
Petaſitidis,
Biſtortæ,
Cortic. Citri,
Cinamomi,
Bdellii,
Succini,
Cornu Cervi Spagyr. præpar. — — *ana drachmas duas,*
Boli Armeniæ — — *drachmas ſex,*
Piperis longi,
Zingiberis — — *ana drachmam unam,*
Opii Thebaici,
Sem. Acetoſæ — — *ana drachmam ſemis, grana quindecim,*
Conſervæ Roſarum rubrarum — — *libram ſemis,*
Mellis deſpumati *quantum ſufficit,*
Vini albi *quantum ſatis eſt.*

Ms. Fiat Electuarium.

In

In forma Liquida.

ELECTUAR.

Cum Melle Purgant.

HIERA PICRA, vel EX ALOE.

℞. Aſari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Maſtiches,
Cinamomi,
Ligni Aloës,
Croci — — *ana drachmas ſex*,
Aloës non lotæ — — *uncias duodecim ſemis*,
Mellis deſpumati — — *libras quatuor*, *uncias tres*.

Ms.

In forma Liquida.

ELECTUARIORUM

Cum Saccharo Confortantium.

CONFECTIO DE BACCIS CHERMES, ALCHERMES DICTA.

℞. Succi Pomorum dulcium,
Aquæ Roſar. fragr. — — *ana quantum ſufficit ad diſſolv.*
Sacchari finiſſimi — — *libras duas.*
Coctis ad Mellis ſpiſſitudinem addatur
Succi Chermes Montiſpelio allati — — *libra una.*
Parum etiamnum calentibus indantur
Ambræ gryſeæ minutim inciſæ & contuſæ — — *drachm. duas*,
Ligni Aloës,

Cinamomi — — *ana drachmas ſex*,
Lapidis Lazuli præparati,
Margaritarum præparatarum — — *ana drachmas duas*,
Foliorum Auri — — *drachma una*,
Moſchi — — *drachma ſemis*.

Fiat ſecundum artem Electuarium.

CONFECTIO DE ACORO, DIACORUM DICTA.

℞. Radicum Acori vulgaris ab externo cortice mundati & vino rubro ad mollitiem cocti — — *libram unam, uncias quatuor*,
Sacchari ad conſiſtentiam Tabulati cocti — — *libras tres, uncias octo*,
F. Conſerva: huic adde
Amygdalarum dulcium excorticatarum, & groſſo modo inciſarum — — *libram unam ſemis*,
Calami aromatici,
Zingiberis Chinenſis — — *ana uncias octo*,
Nucis moſchatæ — — *uncias quatuor*,
Macis,
Caryophyllorum — — *ana untias duas*,
Piperis nigri — — *unciam ſemis*,
Brodii cort. Citri & Aurant. — — *ana libras duas*,

Miſce in formam Electuarii.

CONFECTIO DE CINAMOMO REGIA.

℞. Succolatæ Indæ — — *uncias tres*,
Nuc. moſch. Ind. conditæ — — *uncias duas ſemis*,
Syrupi Cinamomi *quantum ſufficit*,
Ms ad formam Electuarii, & adde
Confectionis Alchermes completæ — — *unciam unam*,
Eſſentiæ Ambræ ſiccæ,

Ol. Cina-

Ol. Cinamomi --- *ana drachmas duas*,
Roſarum --- *guttas quatuor*,
Foliorum Auri Ungarici --- *numero triginta*.
Denuò miſce & ad uſum repone.

CONFECTIO CORDIALIS
LIQUIDA.

℞ Confect. Alchermes completæ --- *uncias ſex*,
Spec. de Hyacintho --- *drachmas ſex*,
Extracti Scorzoneræ montanæ,
Julepi gemmati --- *ana unciam unam*.

Ms.

CONFECTIO PECTORALIS,
LOHOH DE PULMONE VULPIS DICTA.

℞. Pulmonum Vulpis ſiccatorum,
Succi Liquiritiæ,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Capillorum Veneris --- *ana unciam unam*,
Sacchari clarificati --- *uncias quindecim*.

Conterantur omnia tenuiſſimè, & cum Saccharo excipiantur.

MIXTURA PECTORALIS,
LOHOH SANUM ET EXPERTUM DICTA.

℞. Rad. Iridis,
Liquiritiæ,
Fol. Hyſſopi,
Calaminthæ,

Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Lini,
Cinamomi — — *ana unciam ſemis,*
Jujubarum,
Sebeſten — — *ana numero triginta,*
Paſſularum enucleatarum,
Ficuum ſiccarum,
Dactylorum pinguium — — *ana uncias duas,*
Fœnigræci — — *drachmas quinque,*
Capillorum Veneris — — *manipulum unum.*

Deſtillentur cum aquæ clariſſimæ *libris quatuor; ad aqua lactei coloris exitum, poſtea exprimantur: Colatura expreſſa addantur*

Sacchari Canarienſ. — — *libra dua.*

Coquantur ad perfectionem, poſtea inſpergantur minutiſſime inciſorum & contuſorum

Nucleorum Pineorum mundatorum — — *drachma quinque,*
Amygdalarum dulcium mundatarum,
Liquiritiæ mund.
Tragacanthæ,
Gummi Arabici,
Amyli — — *ana drachm. tres,*
Iridis — — *drachma dua,*

Tandem aqua deſtillata affundatur; agitentur omnia ſimul, & celeriter, quoad albeſcant.

In

In forma Liquida.

ELECTUAR.

Cum Saccharo Purgant.

CASSIA PRO CLYSTER.

℞. Florum Violarum,
Foliorum Violariæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Betæ,
Parietariæ — — *ana manipulum unum.*

Decoquantur omnia in ſufficiente aquâ, *quâ cum ex* cannis *extrahatur* Caſſia.

℞. hujus Caſſiæ, cum iſto Decocto extractæ, & ad conſiſtentiam coctæ — — *libram unam,*
Sacchari Thomæi — — *libram unam & dimidiam.*

Coquantur ad perfectionem, ſecundùm artem.

ELECT. COMMUNE,

DIACATHOLICON DICTUM.

℞. Pulpæ Caſſiæ,
Tamarindorum,
Senæ mundatæ — — *ana uncias duas,*
Rhabarbari,
Violarum,
Aniſi,
Polypodii — — *ana unciam unam,*
Sacchari albi — — *uncias duas,*
Liquiritiæ — — *drachmas duas,*

Tritis conterendis, & inciſis reliquis, admiſceatur Syrupus *ex* Polypodii — — *unciis tribus,*

Sem.

Sem. Fœniculi —— *drachm. ſex*,
Cum aquæ pluviæ *quantitate ſufficiente*, *&*
Sacchari optimi *libris duabus* paratus.

CONFECTIO HAMECH.

℞. Corticum Myrobalanorum Citrinor. —— *uncias duas*,
Chebulorum,
Nigrorum,
Florum Violarum,
Colocynthidis in nodulo ligatæ,
Polypodii quercini —— *ana unciam unam ſemis*,
Abſinthii,
Thymi —— *ana unciam ſemis*,
Aniſi,
Fœniculi,
Roſarum rubrarum —— *ana drachmas tres*,
Contuſa omnia macerentur in
Seri lactis *quantitate ſufficiente*:
Deinde coquantur ad libram unam, *& uncias quatuor*:
Fricentur manibus, *& exprimantur*.
Hujus Colatura ſervetur particula ad extrahendas ſequentes Pulpas; *Reliquo adde*
Succi Fumariæ —— *libram ſemis*,
Sacchari albi,
Mellis deſpumati —— *ana libram unam*,
Decoctis ad Mellis craſſitiem, *& percolatis*,
adde Pulparum *præcedente decocto extractarum*
Prunorum,
Uvarum paſſarum —— *ana libram ſemis*;
Tamarindorum —— *uncias tres*,
Caſſiæ —— *uncias duas ſemis*,
Mannæ *præcedente decocto diſſoluta* —— *unciam ſemis*;
Inſpergendo ſub finem ſequentium pulveriſatorum, *ut*

Agarici trochiſcati,
Fol. Senæ elect. & mundat. — — *ana uncias duas,*
Rhabarbari — — *unciam unam ſemis,*
Epithymi,
Diagrydii — — *ana unciam unam,*
Cinamomi,
Zingiberis — — *ana drachmam ſemis,*
Herbæ Fumariæ,
Seminis Aniſi,
Spicæ Nardi — — *ana drachmam unam.*

Miſce, fiat ſecundum artem Electuarium.

CYDONIATUM PEL-
LUCIDUM LAXATIVUM.

℞. Reſinæ Scammonii — — *uncias quatuor,*
Gelatinæ Cydoniorum perfecte coctæ — — *libras tres.*

Fiat ſecundum artem.

ELECTUARIUM LE-
NITIVUM.

℞. Paſſularum enucleatarum — — *uncias duas,*
Violarum recentium,
Capillorum Veneris,
Hordei mundi — — *ana manipulum unum,*
Jujubarum,
Sebeſten — — *ana numero viginti,*
Glycyrrhizæ — — *unciam ſemis,*
Prunorum enucleatorum,
Tamarindorum — — *ana drachmas ſex,*
Fol. Senæ,
Polypodii — — *ana uncias duas,*
Seminis Fœniculi — — *unciam ſemis,*

Fumariæ — — *manipulum unum,*

Decoquantur ſ. a. in aqua ſufficiente, colentur, & in colato diſſolvantur

Pulpæ Caſſiæ,

Tamarindorum,

Prunorum,

Sacchari optimi,

Syrupi violati — — *ana uncias ſex,*

Pulveris foliorum Senæ — — *uncias tres ſemis.*

Conficiatur ſecundum artem.

ELECTUARIUM DE MANNA.

℞. Mannæ electæ — — *uncias duas,*

Sacchari albiſſimi — — *uncias tres,*

Olei Amygdalarum dulcium — — *uncias duas,*

Pulveris Amyli — — *drachmas ſex,*

Aquæ Roſarum *q. ſ. M.*

ELECTUARIUM DE SUCCO ROSARUM.

℞. Succi Roſarum rubearum,

Sacchari albiſſimi — — *ana libram unam, uncias quatuor,*

Diagrydii — — *unciam unam ſemis,*

Santali rubri,

albi,

citrini — — *ana drachmas ſex,*

Cornu Cervi Spagyricè præparati — — *drachmas tres.*

Succus Roſarum cum Saccharo *ad juſtam conſiſtentiam coquatur; deinde trita ſpecies adjiciantur.*

ELE-

ELECTUARIUM DE SENA
CUM AMBRA.

℞. Liquiritiæ raſæ — — *drachmas ſex*,
Polypodii quercini — — *unciam unam ſemis*,
Seminis Carthami contuſi — — *unciam unam*,
Aniſi,
Folliculorum Senæ — — *ana unciam ſemis*,
Ficuum pinguium — — *numero quatuordecim*,
Foliorum Senæ mundat. — — *unciam unam*,
Aquæ fontanæ *quantum ſatis*.
F. lege artis decoctio, cum qua extrahantur
Pulpæ Paſſularum — — *unciæ quatuor*,
Prunorum Damaſcenorum — — *unciæ duæ*;
Quibus addantur
Pulveris Rhabarbari interioris optimi, *cum*
Olei Cinamomi — — *guttis quindecim* irrorati,
Senæ ſine ſtipite — — *ana drachmæ ſex*,
Caſſiæ recenter extractæ — — *unciæ duæ*,
Syrupi de Pomis ſolutivi — — *unciæ quatuor ſemis*,
Violati ſolutivi *q. ſ.*
Lapidis Lazuli præparati — — *drachmæ duæ*,
Ambræ gryſeæ — — *ſcrupulus ſemis*.

Ms. *F. l. a.* Electuarium molle.

ELECTUARIUM TAMARINDINATUM.

℞. Jujubarum,
Prunorum Maſſilienſium — — *ana uncias duas*,
Liquiritiæ raſæ — — *uncias tres*,
Tamarindorum — — *unciam unam*,
Sebeſten — — *unciam ſemis*,

Florum Boraginis,
Bugloſſi,
Violarum,
Roſarum — — *ana unciam ſemis*,
Paſſularum Corinthiacarum — — *uncias tres*,
Caſſiæ extractæ — — *unciam unam ſemis*,
Mannæ Calabr. — — *uncias tres*,
Syrupi ex Pomis ſimplicis — — *uncias duas*.

Extrahatur cum decocto florum pulpa, & inſpiſſetur in Mariæ Balneo: in fine addendo
Foliorum Senæ Oriental. pulveriſat. — — *uncias tres*.

SECTIO SECUNDA.

In forma Media,

CONSERVARUM

CONSERVA ACETOSÆ,
ACETOSELLÆ,
BECAPUNGÆ,
BETONICÆ,
BORAGINIS,
BUGLOSSI,
CICHORII FLORUM,
CITRI PULPÆ,
COCHLEARIÆ,
CYNOSBATI,
EUPHRASIÆ,
FUMARIÆ,
GRANATORUM, BALAUSTIORUM,
HEDERÆ TERRESTRIS,
LAVENDULÆ,
MAJORANÆ,
MELISSÆ,

MEN-

CONSERVA MENTHÆ,
NASTURTII,
NYMPHÆÆ,
PÆONIÆ,
PAPAVERIS ERRATICI,
PARALYSEOS, PRIMULÆ VERIS,
PULMONARIÆ MACULOSÆ,
ROSARUM ALBARUM,
FINISSIMARUM, ſive RUBEARUM,
INCARNATARUM, ſive DAMASCENARUM,
VITRIOLATARUM,
RORISMARINI,
SALVIÆ,
SCORDII,
TUNICÆ, CARYOPHYLLORUM hortenſ.
VERONICÆ,
VIOLARUM.

SECTIO TERTIA.

In forma Sicca.

SPECIERUM, SIVE PULVERUM CUM SACCHARO CONFORTANTIUM.

PULVIS CONTRA ABORTUM.

℞. Granorum Chermes recentium —— *drachmam unam,*
Santali rubri —— *drachmam dimidiam,*
Caryophyllorum —— *ſcrupulum unum,*
Nucis moſchatæ —— *ſcrupulos duos,*
Rad. Tormentillæ,
Margaritarum præparatarum,
Corallii utriuſque præparati —— *ana ſcrupulum unum;*

Foliorum Auri —— *numero tria*,
Sacchari albiſſimi —— *drachmas tres.*

Fiat Pulvis.

PULVIS DE AMBRA.

℞. Cinamomi,
Doronici,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Caſſiæ ligneæ,
Galangæ —— *ana drachmas tres*,
Cardamomi utriusque —— *drachmam unam*,
Zingiberis —— *drachmam unam ſemis*,
Santali citrini,
Ligni Aloës,
Piperis longi —— *ana drachmas duas*,
Ambræ —— *drachmam unam*,
Moſchi —— *drachmam dimidiam*,
Sacchari albiſſimi.

Ms.

AROMATICUM ROSATUM.

℞. Roſarum rubrarum —— *drachmas quindecim*,
Liquiritiæ mundæ —— *drachmas ſeptem*,
Cinamomi electi —— *drachmas quinque*,
Ligni Aloës,
Santali citrini —— *ana drachmas tres*,
Macis,
Caryophyllorum —— *ana drachmas duas ſemis*,
Gummi Arabici,
Tragacanthi —— *ana drachmas duas, ſcrupulos duos*,

Nucis

Nucis moſchatæ,
Cardamomi minoris,
Galangæ minoris — — *ana drachmam unam*,
Sacchari.

PULVIS CACHECTICUS.

℞. Caſſiæ ligneæ — — *drachmas tres*,
Croci ex Vitriolo Martis — — *drachmas duas*,
Sacchari albi — — *unciam unam.*

M.

SPECIES DE GEMMIS.

℞. Eboris Spagyrice præparati — — *unciam ſemis*,
Margaritarum præparatarum — — *drachmas tres*,
Corallij utriusque — — *drachmas duas*,
Fragmentorum Hyacinthi,
Smaragdi,
Sapphiri,
Sardæ,
Granati,
Santali albi,
rubri,
citrini — — *ana drachmam unam*,
Florum Roſ. rubr. — — *drachmam unam ſemis*,
Boraginis,
Buglosſæ,
Bezoar Occidentalis — — *ana drachmam unam*,
Fol. Auri — — *numero triginta*,
Sacchari.

SPECIES DE HYACINTHO.

℞ Hyacinthi præparati,
Corallii rubri,
Boli Armeniæ,
Terræ ſigillatæ — *ana drachmam unam ſemis,*
Granorum Chermes,
Rad. Tormentillæ,
Dictamni albi,
Croci,
Myrrhæ,
Roſarum rubearum,
Santalorum omnium
Bezoar Occidentalis,
Cornu Cervi Spagyricè præparati,
Eboris Spagyricè præparati — *ana ſcrupulos quatuor,*
Sapphiri,
Smaragdi,
Chryſolithi,
Margaritarum — *ana ſcrupulos duos,*
Fol. Auri — *numero triginta,*
Sacchari.

SPECIES, SIVE PULVIS, DE IRIDE, DIAIREOS DICTUS.

℞ Rad. Iridis — *unciam dimidiam,*
Sacchari candi,
Specierum de Tragacantho — *ana drachmas duas,*
Sacchari albiſſimi.

SPECIES DE MARGARITIS, DIAMARGARITON DICTÆ.

℞. Margaritarum — — *drachmas tres,*
Santali albi,
citrini odorati,
Ligni Aloës,
Roſarum rubearum,
Flor. Nymphææ,
Boraginis,
Bacc. Chermes — — *ana drachmam unam,*
Corallii utriusque — — *ana drachmam ſemis,*
Sacchari.

SPECIES DE MOSCHO, DIAMOSCHU DICTÆ.

℞. Croci,
Doronici,
Zedoariæ,
Ligni Aloës,
Macis — — *ana drachmas duas,*
Margaritarum,
Succini,
Corallii rubri — — *ana drachmas duas ſemis,*
Galliæ moſchatæ,
Ocymi citrati — — *ana drachmam unam ſemis,*
Caſſiæ ligneæ,
Caryophyllorum — — *ana drachmam unam,*
Zingiberis,
Cubebarum,
Piperis longi — — *ana drachmam unam ſemis;*
Moſchi — — *ſcrupulos duos;*
Sacchari albi.

SPECIES DE ROSIS, DIARHODON DICTÆ.

℞. Santali albi,
rubri — — *ana drachmas duas ſemis*,
Tragacanthæ,
Gummi Arabici,
Eboris Spagyricè præparati — — *ana ſcrupulos duos*,
Aſari,
Maſtiches,
Cardamomi,
Liquiritiæ,
Croci,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Aniſi,
Fœniculi,
Cinamomi,
Rhabarbari,
Ocymi fol.
Acinorum Berberis,
Margaritarum,
Bezoär Occidentalis — — *ana ſcrupulum ſemis*,
Roſarum odoratiſſimarum — — *unciam unum, drachmas tres*,
Sacchari albiſſimi.

ROSATA NOVELLA.

℞. Roſarum,
Sacchari Roſati tabulati,
Liquiritiæ — — *ana unciam unam, ſcrupulos duos ſemis*,
Cinamomi — — *drachmas tres*,
Caryophyllorum,

Zingi-

Zingiberis,
Galangæ,
Nucis moſchatæ,
Zedoariæ,
Storacis calamitæ,
Cardamomi,
Sem. Apii — *ana drachmam dimidiam*,
Sacchari albi.

SPECIES DE TRIBUS SANTALIS, DIATRION SANTALON DICTÆ.

℞. Santali albi,
rubri,
citrini,
Roſarum odoratiſſimarum,
Sacchari candi violati — *ana drachmas tres*,
Rhabarbari,
Eboris Spagyricè præparati,
Pulveris Liquiritiæ — *ana drachmas duas ſemis, grana quindecim*,
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ — *ana drachmam unam ſemis*,
Sacchari albiſſimi.

SPECIES DE TRAGACANTHA, DIATRAGACANTHON DICTÆ.

℞. Tragacanthæ albiſſimæ — *uncias duas*,
Gummi Arabici — *unciam unam, drachmas duas*,
Amyli — *unciam dimidiam*,
Liquiritiæ mundatæ — *drachmas duas*,
Sacchari albi.

PULVIS CONTRA TUSSIM.

℞. Sacchari albiſſimi —— *uncias tres*,
Spec. Diaireos —— *unciam unam*,
Rad. Pæoniæ —— *drachmas duas*,
Pulv. Liquiritiæ —— *drachmam unam*,
Lactis Sulphuris,
Croci Orientalis —— *ana ſcrupulos duos*,
Cranii humani Spagyricè præparati,
Succini albi præparati —— *ana ſcrupulum unum*.

Ms. F. Pulvis *ſubt.*

TRAGEA AROMATICA.

℞. Cinamomi acuti —— *drachmas ſex*,
Nucis Moſchatæ —— *drachmam unam*,
Macis —— *drachmam ſemis*,
Galangæ,
Caryophyllorum —— *ana drachmam unam ſemis*,
Zingiberis albi —— *ſcrupulos quatuor*,
Seminis Coriandri præparati —— *drachmam ſemis*,
Flor. Roſarum rubrarum —— *ſcrupulos duos*,
Sacchari albi —— *libras duas*.

Ms.

TRAGEA GROSSA.

℞. Confect. Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Coriandri —— *ana drachmas ſex*,
Carvi,
Erucæ,
Cubebarum —— *ana drachmas tres*,

Tabul.

Tabul. Conf. Alckermes,
Aromat. roſati,
de Extract. ligni Aloës,
Oleo Cinamomi — *ana drachmas ſex*,
Caryophyllorum,
Cort. Citri condit. ſiccorum,
Nucis Moſchatæ — *ana drachmas tres*,
Galangæ,
Macis — *ana drachmam unam*,
Liquiritiæ — *drachmas duas*,

Craſſiuſculè conciſa miſceantur.
Confici nonnunquam cum Moſcho *poſſunt.*

PULVERUM CUM SACCHARO PURGANTIUM.

PULVIS LENITIVUS.

℞. Rad. Zedoariæ — *drachmas duas*,
Galangæ,
Calami Aromatici,
Pimpinellæ,
Valerianæ,
Nucis Moſchatæ — *ana drachmam ſemis*,
Fol. Salviæ,
Rutæ — *ana pugillos duos*,
Sem. ejuſdem — *ſcrupulum unum*,
Carvi,
Petroſelini,
Anethi — *ana drachmam ſemis*,
Aniſi — *drachmam unam*,
Senæ electæ — *drachmas tres*,
Sacchari — *ad pondus omnium*.

Fiat Pulvis.

PULVIS CONTRA VERMES.

℞. Sem. Santon. — — *drachmas duas*,
Caulium,
Sacchari — — *ana drachmam unam ſemis*,
Cornu Cervi uſti,
Rhabarbari optimi — — *ana drachmam unam*,
Corallinæ — — *drachmam dimidiam*,
Coriandri præparati — — *ſcrupulum unum*.

Ms. fiat Pulvis.

SECTIO QUARTA.

In forma Solida,

CONFECTIONUM SICCARUM, CUM SACCHARO CONFORTANTIUM.

CONFECTIO, SIVE MORSULI, EX SUCCO CITRI CUM CORTICIBUS.

℞. Sacchari albi — — *libram unam*,
Succi Citri *q. ſ.*
Corticum Citri recentium inciſ. *quantum lubet*.

F. l. a. Morſuli.

CONFECTIO CORDIALIS,
SIVE MORSULI CORDIALES.

℞. Amygdalarum dulcium excorticatarum,
Nuc. Piſtacearum,
Indicæ cond.
Corticum Citri conditorum — — *ana unciam ſemis*,
Aurantiorum cond. — — *drachmas duas*,
Cinamomi acuti — — *drachmam unam*,
Macis — — *ſcrupulum unum*,
Conf. Alchermes — — *drachmas duas*,
Succi ejusdem — — *drachmas tres*,
Cardamomi — — *ſcrupulum unum*,
Fol. Auri — — *numero ſex*,
Sacchari albiſſimi, in aqua Roſarum diſſoluti — — *uncias octo*.
F. l. a. Morſelli.

CONFECTIO IMPERATORIS.

℞. Cinamomi optimi — — *drachmas decem*,
Zingiberis — — *unciam unam*,
Caryophyllorum — — *unciam dimidiam*,
Galangæ,
Macis,
Nucis Moſchatæ — — *ana drachmas duas*,
Sacchari albiſſimi — — *libras duas*.
Diſſolv. in Aqua Roſarum & Cinamomi.

CONFECTIO DE THURE.

℞. Sem. Coriandri præparati — — *unciam ſemis*,
Nucis Moſchatæ,
Thuris albiſſimi — — *ana drachmas tres*,
Liquiritiæ,
Maſtichis — — *ana drachmas duas*,
Cubebarum,
Cornu Cervi præparati — — *ana drachmam unam*,
Conſervæ Roſarum rubearum — — *unciam unam*.
Cum ſufficiente quantitate Sacchari albi & Succi Kermes — — *unciâ ſemis*,

Ms. F. Confectio in Morſulis.

CONFECTIO DE CORALLIIS, DIACORALLIUM DICTA.

℞. Coralliorum rubrorum præparatorum — — *drachmas duas*,
Margaritarum præparatarum — — *drachmam unam*,
Boli Armeniæ — — *drachmam dimidiam*,
Ligni Aloës — — *ſcrupulum unum*,
Sacchari albiſſimi *diſſoluti in* Aqua Roſarum & Cinamomi *q. ſ.*

Fiat Confectio ſolida.

MANUS CHRISTI SIMPLEX, ET PERLATA.

℞. Sacchari optimi — — *libram unam*,
Aquæ Roſarum — — *libram ſemis*.

Coquantur ſecundum artem; ac, ſi opus fuerit, in fine addantur,

Marga-

Margaritarum ſubt. tritarum — — *drachma ſemis*,
Matris perlarum — — *drachma tres*.

Fiat Confectio *in* Rotulis.

CONFECTIO DE PAPAVERE, DIACODIUM DICTA.

℞. Sem. Papav. albi — — *unciam ſemis*,
Aquæ Farfaræ,
Roſarum — — *anâ unciam unam ſemis*;
F. Emulſio; *in qua diſſolve*
Sacchari albi — — *uncias quatuor*.

Fiat Confectio *in* Rotulis.

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

℞. Pulv. Roſarum rubrarum finiſſimarum — — *unciam dimidiam*,
Sacchari albi, Aq. Roſarum diſſoluti — — *uncias octo*.

Fiat Confectio *in* Morſulis, *vel* Rotulis.

TROCHISCI GEMMATI.

℞. *Reſiduum* à Julepi Gemmati *ſolutione*; *addantur aliquot grana* Moſchi, & Ambræ; *cum ſufficiente* Sacchari *quantitate*.

Fiant Trochiſci.

TROCHISCI SUBLINGVALES.

℞. Confect. Alchermes — *unciam ſemis*,
Succi Chermes — *drachmas duas*,
Moſchi optimi,
Ambræ — *ana grana quinque*,
Sacchari finiſſimi — *uncias novem*.

F. l. a. Trochiſci.

TROCHISCI BECHII ALBI.

℞. Radic. Iridis — *unciam ſemis*,
Sacchari albi — *libram unam*,
Cum Tragacantho
Fiant Trochiſci.

TROCHISCI BECHII GRYSEI.

℞. Pulv. Liquiritiæ — *drachmas duas*,
Spec. de Iride — *unciam dimidiam*,
Pulv. ſeminis Aniſi — *unciam unam*,
Styracis calamitæ — *unciam unam ſemis*,
Sacchari albi — *libras duas*, p. c.

Cum mucilagine Tragacanthi *fiat* Maſſa; *addantur* Olei Aniſi — *guttæ aliquot*.

TROCHISCI BECHII NIGRI.

℞. Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Pulveris Liquiritiæ — — *ana unciam ſemis*,
Succi Liquiritiæ,
Sacchari — — *ana libram unam.*

Fiant Trochiſci.

TROCHISCI BECHII RUBRI.

℞. Boli Armeniæ — — — *unciam ſemis*,
Sacchari albi — — *libram unam.*
Cum Tragacantho

Fiant Trochiſci.

CONFECTIONUM CUM SACCHARO PURGANTIUM.

CONFECTIO DE RHABARBARO.

℞. Rhabarbari ſelecti — — *drachmas duas*,
Aq. Endiviæ — — *uncias duas.*
Coquantur parùm, & ſolvantur in eo decocto
Sacchari — — *unciæ duæ.*

Fiant Rotulæ.

MORSULI LAXATIVI.

℞. Corticum Citri — — *drachmam unam,*
Zingiberis — — *ſcrupulum unum ſemis,*
Spec. de Tragacantho — — *drachmas duas,*
Pulveris Jelappæ — — *uncias duas,*
Sacchari albi — — *libram unam.*

Fiant Morſuli.

PASSULÆ LAXATIVÆ.

℞. Paſſularum minorum mundatarum — — *uncias quatuor,*
Magiſterii Gelappæ,
Scammonii — — *ana drachmam unam,*

Confice ſ. artem.

SECTIO QUINTA.

In forma Sicca,

PULVERUM MEDICATORUM SINE SACCHARO NON PURGANTIUM.

PULVIS APOPLECTICUS.

℞. Spec. de Roſis,
Succini albi præparati — — *ana unciam dimidiam,*
Coralliorum rubrorum,
alborum,
Fragment. Hyacinthi,
Granati,
Rubini,
præparatorum — — *ana drachmam unam.*

Ms. fiat Pulvis.

PUL-

PULVIS CONTRA CASUM.

℞. Ocul. Cancri,
Mumiæ,
Sanguinis Draconis —— *ana drachmas duas*,
Mixta digerantur per aliquot dies; poſtea in B. M. *per Alembicum abſtrahantur, addendo*
Aq. Cinam. fl. Cordialium — — *libram unam ſemis*:
& ſervetur uſui.

AQUA EPILEPTICA.

℞. Flor. Lilii Convallium recent. — — *manipulos duodecim*: *Infundantur* Vini Cretici, *aut* Moſcatelli, *aut alius* generoſi, *libris ſex, in eoq; per dies quinque, vel ſex, infuſi permaneant*; *hinc* deſtillentur in Balneo: *Deinde*

℞. Cinamomi — — *drachmas ſex*,
Nucis Moſchatæ — — *unciam ſemis*,
Piperis longi — — *drachmas duas*,
Flor. Lavendulæ — — *unciam unam*,
Roriſmarini
Stœchadis — — *ana unciam dimidiam*,

Cubebarum — — *drachmas duas*,
Viſci quercini,
Rad. Pæoniæ maris,
Dictamni albi — — *ana unciam dimidiam.*

Omnia craſſiuſculè contrita rurſum in ſuperiori Vino ſtillatitio *per dies octo macerentur*, *in loco aprico*, *poſtea* deſtillentur, *ut ſupra.*

AQUA PRO EPITHEMATE CORDIS.

℞. Roſarum rubr. odoratiſſ.
Cort. Aurantiorum,
Citri — — *ana unciam unam*,
Iridis Florent. — — *drachmas tres*,
Santalorum omnium — — *ana drachmas duas*,
Aquæ Roſar. — — *libras quatuor*,
Vini odorati — — *libram unam ſemis*,
Aceti roſacei — — *libram unam.*

Inciſis incidendis, *infundantur*, & deſtillentur *ſecundum Artem.*

AQUA HYSTERICA.

℞. Rad. Pimpinellæ,
Zedoariæ,
Galangæ,
Calami aromatici — — *ana drachmas tres*,
Caſtorei — — *drachmas ſex*,
Herb. Artemiſiæ,
Pulegii,
Meliſſæ,
Salviæ,
Matricariæ — — *ana manipulum unum*,
Flor. Betonicæ — — *drachmam unam ſemis*,
Anthos — — *drachmam unam*,

Florum quatuor Cordialium — — *ana drachmam dimidiam,*

Squinanthi,
Caſſiæ ligneæ,
Nuciſtæ,
Macis — — *ana unciam ſemis,*
Aquæ Artemiſiæ,
Matricariæ,
Pulegii,
Vini generoſi — — *ana libram unam.*

Fiat ſecundum Artem Deſtillatio.

AQUA MASTICHINA.

℞. Maſtichis — — *uncias quatuor,*
Cinamomi — — *uncias duas,*
Caryophyllorum — — *unciam unam,*
Macis — — *unciam ſemis.*

Pulveriſentur omnia, & commiſceantur: Deinde affundantur illis

Vini Malvatici — — *libræ duæ.*

Stent in infuſione per triduum; poſtea deſtillentur *ſecundum Artem.*

AQUA ANTIMELANCHOLICA.

℞. Radic. Buglosſæ — — *uncias tres,*
Pæoniæ — — *unciam unam,*
Herb. Roriſmarini,
Majoranæ,
Meliſſæ — — *ana uncias duas ſemis,*
Flor. Boraginis,
Bugloſſæ,
Stœchad. Arab. — — *ana unciam ſemis,*

Pulv. Cinamom. groſſi,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Croci,
Sem. Baſilici — — *ana drachmam unam*,
Succi Granatorum — — *uncias duas ſemis*:

Superfunde Vini Rhenani *libras tres*: *ſtent in infuſione per triduum*; deſtillentur *deinde lento igne* per Mariæ Balneum.

AQUA PECTORALIS.

℞. Radic. Irid. Florent.
Eryngii,
Helenii,
Fœniculi — — *ana unciam ſemis*,
Herb. Veronicæ,
Scabioſæ — — *ana manipulos duos*,
Capill. Veneris,
Hyſſopi,
Salviæ,
Marrubii — — *ana manipulum unum*,
Cinamomi opt.
Granorum Juniperi — — *ana drachmas tres*.

Affunde Spiritûs Vini optimi *quantitatem ſufficientem*; *ſtent in infuſione per dies quatuordecim*; *poſtea* deſtillentur. Deſtillatum *funde ſuper*
Radic. Liquiritiæ — — *unciam ſemis*,
Jujubar.
Sebeſten — — *ana numero triginta*,
Dactylor.
Ficuum — — *ana numero decem*,
Paſſular. minorum,
majorum exacinatorum — — *ana uncias duas*.

Digerantur, *&* *filtrentur*.

AQUA

AQUA PICARUM.

℞. Picarum juv. — — *numero ſex*,
Flor. Paralyſeos,
Anthos,
Lavendulæ,
Betonicæ,
Fol. Meliſſæ — — *ana manipulum unum*,
Hyſſopi,
Majoranæ — — *ana manipulum ſemis:*
Infundantur in
Aq. Flor. Tiliæ,
Lil. convall. — — *ana libris duabus.*
Fiat Deſtillatio.

AQUA SALVIÆ COMPOSITA.

℞. Herb. Salviæ — — *manipulos octo*,
Primulæ veris — — *pugillos duos*,
Flor. Jaceæ, S. Trinitatis — — *manipulos duos*,
Boraginis,
Lavendulæ,
Bugloſſæ,
Cichorii,
Sambuci — — *ana manipulum ſemis*,
Com. Hyperici — — *drachmas ſex*,
Rad. Iridis — — *unciam dimidiam*,
Aq. Salviæ ſimplic.
Primulæ veris,
Lavendulæ — — *ana unciam unam ſemis*,
Sambuci,
Chamæmeli,
Roſarum — — *ana unciam unam*,
Vini Cretici — — *libram unam ſemis.*
Maneant miſta omnia in vitro per noctem, deinde deſtillentur per Balneum.

AQUA ANTISCORBUTICA.

℞. Rad. Raph. marini — *libram unam*,
Herb. Beccabungæ,
Naſturtii aquat.
Chamædr.
Fumariæ — *ana manipulos quinque*,
Cochleariæ recent. — *manipulos tres*.

Infunde per triduum in
Aq. Cochleariæ,
Beccabungæ,
Naſturtii,
Fumariæ,
Violarum — *ana librâ ſemis*.

Deinde deſtillentur.

AQUA SCORDII COMPOSITA.

℞. Succi Scordii,
Galegæ,
Acetoſæ,
Citri pomi — *ana libram unam*,
Theriacæ opt. — *unciam unam*.

Miſceantur, & macerentur in aquâ tepidâ, *poſtea in duplici vaſe* deſtillentur.

AQUA STOMACHICA.

℞. Rhabar. opt.
Maſtichis,
Caryophyllorum,

Myro-

Myrobalanor. Chebul. — — *ana unciam unam,*
Vini Malvatici, *vel alterius* optimi — — *menſ. duas.*

Deſtilletur *dimidia pars.*

AQUA THERIACALIS.

℞. Ligni Guajaci — — *libram unam ſemis,*
Aq. Sambuci,
C. Bened. — — *ana libras quatuor,*
Chamæmeli,
Cichorii,
Fumariæ — — *ana libram unam,*
Vini albi — — *libras duas,*

Macerentur per noctem in loco calido, vel ſupra cineres calidos, deinde addantur

Polypodii quercini — — *libra dimidia,*
Epithymi ſelect. — — *unciæ duæ,*
Aſparagi radicum — — *uncia una ſemis,*
Florum Roſarum,
Cichorii,
Boraginis,
Bugloſſæ,
Theriacæ ſelect. — — *ana uncia una,*
Helenii radicum — — *uncia ſemis.*

Deſtillentur *in vaſe duplici benè obturato: Quòd ſi velimus, poſſumus addere tribus unciis aquæ hujus Theriacalis*

Sacchar. — — *unciam unam,*
Cinamomi — — *drachmam unam:*

& poſt aliquot dies rurſum colare.

AQUA VITÆ MULIERUM,
ALIAS BALSAMUS EMBRYONUM.

℞. Nucis Moſch. — — *uncias tres & ſemis,*
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Zingiberis albi,
Cubebarum,
Granorum Paradyſi,
Zedoariæ — — *ana uncias duas,*
Macis — — *unciam unam ſemis,*
Galangæ — — *drachmas ſex,*
Croci — — *drachmas duas,*
Fl. Tiliæ,
Tunicæ — — *ana libram unam,*
Herb. Salviæ,
Carvi,
Fœniculi,
Verbenæ,
Lavendulæ — — *ana uncias tres,*
Menthæ criſpæ,
Rad. Pæoniæ, &
Sem. ejusd.
Viſci Quercini decreſcente Lunâ collecti — — *ana uncias duas,*
Roſarum Damaſcenarum — — *uncias quatuor.*

Herbæ & radices incidantur minutim, aromata verò craſſiuscule pulveriſentur, omniaq́; commiſceantur, & affuſis
Vini Malvatici boni — — *menſuris quinque,*
Aquarum Roſarum albarum,
Bugloſſæ,
Fragorum,
Lilii Convallium — — *ana unciis ſeptendecim,*

Boraginis,
Verbenæ,
Fœniculi,
Salviæ — — *ana librâ unâ*,

In vaſe fictili vitreato probè clauſo, ne quid exſpiret, ſepeliantur in cella vinariâ ſubtus terram, ſtentq; ibi in digeſtione per hebdomadas duas, poſtea omnia ſ. a. deſtillentur.

PER INFUSIONEM PARANTUR,

AQUA AROMATICA.

℞. Cinamom. — — *unciam ſemis*,
Nucis Moſchatæ — — *drachmas duas*,
Macis,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Granorum Paradiſi,
Florum Roriſmarini,
Lavendulæ — — *ana drachmam unam*,
Cardamomi,
Cubebarum — — *ana drachmam ſemis*.

Pulveriſata infundantur in
Vini Malvatici — — *menſura una*,
& ſervetur uſui.

AQUA CONFORTATIVA.

℞. Aq. Ceraſ. nigr.
Roſarum,
Boraginis,
Buglоſſæ,
Fl. Violarum,
Rubi Idæi — — *ana uncias tres*,
Cinamomi optimi — — *drachmas ſex*,

Margaritar. præparat.
Coralliorum rubrorum præp. — — *ana drachmam ſemis,*
Smaragd. præpar.
Cornu Cervi Spag. præpar. — — *ana ſcrupulos duos,*
Confect. manûs Chriſti perlatæ — — *uncias duas ſemis.*
Miſce.

AQUA THERIACALIS PER INFUSIONEM.

℞. Vini Cretici optimi aliquoties deſtillat.
Hiſpanici,
Aceti acerrimi, *in quo* ſemina Rutæ *incocta fuerint* — — *ana libras duas,*
Theriacæ ſelectæ,
Mithridatii optimi — — *ana libram unam,*
Camphoræ — — *drachmam ſemis.*
Miſceantur, & agitentur ſæpius, ac inſolentur, vel furno calenti imponantur, ac deinde Aqua *iſta uſui aſſervetur.*

AQUA VITÆ LOIMICA.

℞. Radic. Dictamni albi,
Succiſæ,
Tormentillæ,
Imperatoriæ,
Pimpinellæ,
Gentianæ,
Angelicæ,
Biſtortæ — — *ana unciam unam;*
Santali citrini,
Mithridat.
Theriacæ — — *ana unciam dimidiam*
Camphoræ — — *drachmam ſemis,*
Vini optimi deſtill. — — *libras tres.*
F. Infuſio *ſecundum Artem.*

LAC

LAC VIRGINIS.

℞. Aquæ Solatri,
Nymphææ,
Lactucæ,
Aceti —— *ana uncias duas*,
Lithargyrii —— *unciam unam*,
Ceruſſæ candid. —— *drachmas tres*,
Camphoræ —— *ſcrupulum unum.*

Lithargyrium cum Aceto ebulliat, dein Ceruſſa addatur, tandem & Aqua: Refrigeratis Camphora, cum Spir. vini *diſſoluta immiſceatur.*

ACETUM SCYLLITICUM, PER INFUSIONEM.

℞. Scyllæ in taleolas ſectæ, & ad Solem ſiccatæ —— *libram unam ſemis*,
Aceti acerrimi —— *libras ſeptem.*

In vaſe vitreo per XL. dies inſolentur.

ACETUM THERIACALE.

℞. Radic. Chelidon maj. —— *unciam unam ſemis*,
Plantaginis majoris, ſeu latifol. —— *drachmam unam ſemis*,
Angelicæ,
Imperatoriæ,
Gentianæ,
Biſtortæ,
Valerianæ maj.
Pimpinellæ,
Dictamni albi,
Carlinæ,

Radic. Zedoariæ —— *ana drachmam unam*,
Fol. Dictamni Cretici,
Salviæ,
Scabioſæ,
Scordii,
C. Benedict. —— *ana manipulum dimidium*,
Cortic. & ſem. Citri —— *ana drachmam unam*,
C. C. —— *drachmam unam ſemis*,
Boli Armen.
Croci —— *ana drachmas duas.*

Ex his Crocus, Cornu Cervi, Dictamnus albus, & Bolus Armena, in linteolo ligentur, ac macerentur in Aceti acerrimi *libris quinque, per diem & noctem; deinde digerantur in Balneo per triduum. In* colatura *diſſolvantur*
Theriacæ opt. —— *drachmæ quinque.*

LIMONATA.

℞. Cortices malorum Citriorum exter. *duorum*
Infundantur in
Vini, &
Aquæ fontanæ —— *ana menſurâ unâ:*
adde Sacchari albi —— *uncias octo*,
& colentur.

INFUSUM ALTERANS.

℞. Aquæ font. —— *libras tres*,
Santal. rubr. pulv. —— *unciam unam ſemis*,
Succi Citri recent. —— *uncias tres*,
Infunde per noctem in loco calido: Colaturæ *addendo*
Syr. Granatorum,
Ribium,

Syr.

Syr. Berber.
Citri — — *ana anciam unam.*

Miſce, ſerv. pro uſu.

POTUS HIPPOCRATICUS.

℞. Cinamomi electi — — *uncias duas,*
Zingiberis,
Galangæ — — *ana ſcrupulos duos,*
Nucis moſchatæ — — *ſcrupulum unum,*
Sacchari albiſſimi — — *uncias ſedecim,*
Vini albi potentis ac odoriferi — — *libras quinque.*

Macerando probè tecta per horas octo, vel decem, poſteaq; ſæpius percolando, redigantur in Potum Hippocraticum, *transcolatum liquorem aromatibus, in manicâ Hippocratis contentis, ſemper reaffundendo.*

Fiat, ut Artis eſt.

SECTIO TERTIA.

SPIRITUUM VEGETABILIUM: ELIXIRIUM: ESSENTIARUM: TINCTURARUM.

SPIRITUS SIMPLICES VEGETABILES.

SPIRITUS ABSINTHII:
CENTAUR. MIN.
CERAS. NIGROR.
COCHLEARIÆ,
CIDONIORUM,

EBULI E BACCIS,
FRAGORUM,
JUNIPERI,
LAVENDULÆ FL.
ROSARUM,
RUBI IDÆI,
SAMBUCI E BACCIS,
FLORIBUS.

SPIRITUS CUM VINO SUBLIMATO.

SPIRITUS ANISI,
ANTHOS,
CARVI,
LILII CONVALLIUM.

SPIRITUS COMPOSITI.

SPIRITUS DIATRION, MIXTURÆ SIMPLEX DICTUS.

℞. Spiritûs Theriacalis camphor. —— *uncias quinque*,
Tartari rectificati —— *uncias tres*,
Vitrioli rectificati —— *unciam unam*.

Miſceantur, & digerantur in Phiolâ ſtudiosè obturatâ, per tres ſeptimanas.

SPI-

SPIRITUS THERIACALIS CAMPHORATUS.

℞. Theriacæ Androm. veteris — — *uncias quinque*,
Myrrhæ rubræ — — *uncias duas ſemis*,
Croci Auſtriaci — — *unciam ſemis*,
Camphoræ — — *drachmas duas*.

Contuſis, inciſis, & mixtis invicem, affundantur
Spiritûs vini rectificat. — — *unciæ duodecim*.
Stent per triduum in digeſtione: Poſtea leni MB. calore deſtillentur. *Hinc ex reſiduo, ad lubitum, cum recentis*
Spiritûs vini *ſ. q.*
extrahatur Eſſentia *ſeorſim ſervanda.*

ELIXIRIA.

ELIXIR CINAMOMI.

℞. Aquæ Cinamomi — — *uncias ſex*,
Spiritûs vini rectificati — — *uncias quatuor*,
Elæoſacchari Cinamomi — — *unciam unam ſemis*;
Cinamomi — — *unciam unam*.

M. *digerantur per aliquot dies, & filtrentur*

ELI

ELIXIR CITRI.

℞. Corticum Citri recent. ab albicante medullâ ſeparatorum — — *libras tres*,
Spiritûs vini non rectificati — — *libras duodecim.*
Macerentur aliquandiu; deinde deſtillentur per veſicam, cum refrigeratorio, donec phlegma ſtillare incipiat:
Huic Spiritui, *cum tantillo* Croci *tincto, addatur ad edulcorationem*
Syr. acetoſitat. Citri *q.ſ.*
Poſtea filtrentur, & aſſerventur uſui.

ELIXIR JUNIPERINUM.

℞. Baccarum Juniperi matur. & electarum *q.v.*
deſtillentur cum Spiritûs Juniperini *ſufficienti quantitate.*
Deſtillato affundatur
Rob Juniperi & Cynosbati *ana*:
Cum Saccharo albo *edulcoretur*, Filtretur.

ELIXIR PESTILENTIALE.

℞. Florum Sulphuris — — *uncias tres*
Affunde
Olei Juniperini è baccis rectific. *ad eminentiam trium, vel quatuor digitorum*,
Ol. Succini, ab odoris vehementiâ liberati, *quartam partem ad oleum Juniperi; ſtent in arena, ſæpius movendo, ut flores lente, ſine aduſtione, ſolvantur: poſtea*

℞. Theriacæ electæ —— *libram unam:*

Extrahe cum Spiritu vini opt. *tincturam, quam à Spiritu ſeparatam ſeorſim ſerva: Hinc quoque*

℞. Radic. Elenii,
Angelicæ,
Baccarum Juniperi rec. contuſ. —— *ana uncias tres.*

Cum novo Spiritu vini *extrahe tincturam, quam in balneo ſeparatam, miſce cum tinctura Theriaca, ac affunde Oleum Juniperinum & Succini, floribus Sulphuris inpregnatum, & per chartam bibulam prius filtratum; omniaq; circula leniſſimo calore, per dies quatuordecim.*

ELIXIR PROPRIETATIS.

℞. Aloës,
Myrrhæ,
Croci —— *ana quantum placet:*

Pulveriſatis omnibus affunde tantum Spiritûs vini, *ut digitum transverſum ſupereminecat; poſtea affunde*
Spiritûs Sulphuris per campanam facti
quantum ad ſupereminentiam trium transverſim poſitorum digitorum ſufficit: Stent in digeſtione per octiduum. Spiritum tinctum decanta, & novum affunde; iterum digere, donec ſufficientem extraxerit tincturam. Ambo miſti Spiritus, & ad ſufficientem colorem deſtillatione redacti, ſerventur pro uſu.

ELIXIR RORELLÆ.

℞. Rorellæ *quantitatem ſufficientem, pro extractione, cum* Spiritu Ceraſorum, *& edulcoretur.*

ELIXIR VITRIOLI.

℞. Galangæ min. — — *unciam unam ſemis;*
Calami aromatici — — *unciam unam,*
Menthæ criſpæ,
Salviæ acutæ — — *ana unciam ſemis,*
Cinamomi electi,
Caryophyllorum,
Zingiberis albi — — *ana drachmas tres,*
Nucis moſchatæ,
Cubebarum — — *ana drachmas duas,*
Ligni Aloës ponderoſi,
Cort. Citri — — *ana drachmam unam.*

Miſce, fiat Pulvis, *cui adde* Sacchari candi albi *uncias tres; poſtea humectetur* opt. Spiritu vini, *ut fiat* mixtura, *mellis inſtar; mitte illam in vitrum, atque* Ol. Vitrioli Veneris, *ſive* Martis, *aut, in horum defectu,* Spiritûs Vitrioli aliquoties rectificati, *ad 4. digitorum eminentiam affunde, & tres aut quatuor ſeptimanas digere: Tandem tincturam per inclinationem aufer, & filtra; ſuper relictam autem in fundo materiam* Spir. vini *ſuffunde, & ulterius eſſentiam extrahe; poſtea tinctura extractiones mixtas, majoris efficaciæ ergò, per 14. dies adhuc in B. M. circula, & ad uſum reſerva.*

ELI-

ELIXIR VITÆ.

℞. Rad. Angelicæ,
Caryophyllatæ,
Calami Aromatici,
Phu minoris —— *ana unciam ſemis,*
Pyrethri,
Aſari —— *ana drachmam unam,*
Fol. Sclareæ,
Thymi,
Baſilici,
Calaminthæ,
Pulegii,
Menthæ,
Serpylli,
Majoranæ —— *ana* rec. *drachmas ſex,*
Flor. Roſarum rec. contuſ. & ſale condit —— *uncias tres,*
Salviæ,
Betonicæ,
Rorismarini,
Stœchadis,
Boraginis,
Bugloſſæ —— *ana* rec. *drachmas duas,*
Corticum Citri ext. rec. —— *uncias duas,*
Sem. Coriandri —— *unciam unam,*
Aniſi,
Fœniculi,
Paſtinacæ —— *ana drachmas ſex,*
Apii —— *drachmas duas,*
Cinamomi acutiſſimi —— *uncias quatuor,*
Santali Citrini —— *uncias tres,*
Zedoariæ —— *drachmas ſex,*
Zingiberis,
Caryophyllorum,

Galangæ,
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Cubebarum,
Cardomomi —— *ana unciam ſemis,*
Piperis longi,
nigri —— *ana drachmas duas,*

Inciſa & contuſa craſſiuſculè infundantur in Spiritûs Vini opt. rectif. *libris duodecim, ſtentq; in infuſione, loco tepido, per aliquot dies, poſtea deſtillentur in* M. B. *ad ſpecierum ſiccitatem usque; tandem infundantur,*

Rad. Doronici,
Santal. rubri,
Ligni Aloës opt. —— *ana drachmæ duæ,*
Croci —— *ſcrupulus ſemis,*
Moſchi & Ambræ —— *ana drachma ſemis.*

Aquæ, *ſive* Spiritui *prolecto fragrantiſſimo, pro edulcoratione, adde*

Julepi roſati —— *libram unam.*

Fiat Elixir.

ELIXIR UTERINUM.

℞. Caſtorei —— *libram ſemis,*
Croci Auſtriaci —— *uncias duas,*
Spiritûs Vini rectificati —— *libras duas.*

Stent in digeſtione, in Vitro benè clauſo, die unâ vel alterâ; poſtea in M. B. deſtillentur. Evocetur inde Spiritus *totus, cui ſtatim jungantur*

Ol. Stil-

Ol. ſtillat. Aniſi,
Angelicæ,
Succini — — *ana drachma dua.*

Quo facto miſtura *ſeorſim ſervetur: deinde ex reſiduo Caſtoreo, & Croco, fiat modo ſolito, Spiritûs vini repetitis affuſionibus, & abſtractione, in MB.* Extractum *craſſum, quod de novo, priùs unciis ſex, vel ſeptem Spiritûs vini, qui in abſtractione extracti primò prodiit, unà cum unciis quatuor* Extracti Artemiſiæ *nonnihil dilutum, ſuperiori Spiritui, Oleis permixto, addatur: Similiter* Salis Matris perlarum *uncia una, in ultimi, à Caſtorei extracto abſtracti, Spiritûs phlegmatici. ſ. q. priùs diſſolutâ, addi debet. Quæ omnia, artificiosè juncta, per ſeptimanam unam vel alteram in tepore digerantur; tandem colata & filtrata* Eſſentia *uſui ſervetur.*

ESSENTIÆ.

ESSENTIA AMBRÆ LIQUIDA.

℞. Ambræ — — *drachmam unam,*
Moſchi — — *grana quindecim,*
Sacchari — — *drachmas tres,*
Spiritûs Roſarum — — *uncias quatuor ſemis.*

Fiat ſ. a.

ESSENTIA AMBRÆ SICCA.

℞. Ambræ gryſeæ —— *drachmam unam*,
Moſchi —— *grana octo*,
Sacchari —— *unciam unam*.

Cum Spiritu Roſarum *irrorando fiat* Eſſentia ſicca.

ESSENTIA SATYRII.

℞. Radicum Cynoſorchidum ſelectarum ſuccul. rejectis flaccidis, *q. v.*

Adde micam *unius & alterius* panis ſimilaginei; *contunde invicem in mortario lapideo, pilo ligneo, diligentiſſimè, affundeq́; ad lentoris dilutionem*,

Spiritûs vini Malvatici *ſ. q.*

Digere in lento M. B. calore, per aliquot menſes; deinde prælo exprime ſuccum tenacem, quem denuò in digeſtione, per bimeſtre, relinques, & ſeparabit ſe, ſublimando in ſuperficiem, liquor *flaviſſimus, inſtar Rubini, qui reſervabitur, cautè decantando collectus. Addi huic poteſt*

Sal ex ſuperioribus fecibus incineratis extractus, *ut &*
Sal Perlarum &

Ol. Aniſi, Cinamomi, Macis, *aut* Nuciſtæ *gutta una & altera.*

TIN-

TINCTURÆ.

TINCTURA AURANTIORUM CORTICUM.

℞. Corticum Aurantiorum exter. *q. v.*

Relinquantur in umbra per diurnum ſpatium; ſuperinfundatur Spiritûs vini rectificati *ſuff. quant. & relinquantur in digeſtione blandi caloris, per triduum; novi denuo* cortices *infundantur poſt digeſtionem, & pro uſu aſſervetur.*

TINCTURA CORALLIORUM.

℞. Spiritûs Mellis *q. ſ.*

Funde ſuper Fragmenta Coralliorum rubic. *vel* Salem Corallior. *ſtent aliquandiu in digeſtione, decantentur: Novũ denuò* Spiritum *affunde, donec, quantum fieri poteſt, extraxeris coloris. Omnes extractiones conjunge, & per Alembicum abſtrahe menſtrui ſuperfluũ, donec in fundo* Tinctura rubicunda *ſupererit; quæ cum* Spiritu vini *extrahatur, & uſui reſervetur.*

TINCTURA MARTIS E VITRIOLO EJUS.

℞. Vitrioli Martis, cum Spiritu, vel Oleo Vitrioli, vel Sulphuris, parati *q. v.*

Calcina in tigillo ad rubedinem, extrahe cum Spiritu vini compoſito (ex Spiritûs ſalis p. i. & Spir. vini part. iij. per Retortam rectificati) *q. ſ. filtra, & abſtrahe in M. B. ad conſiſtentiam juſtam.*

TINCTURA PROPRIETATIS.

℞. Spiritûs Vini Aniſati —— *uncias ſedecim,*
Elixir proprietatis —— *unciam unam,*

Conf.

Conf. Alchermes — — *unciam ſemis*,
Florum Tunicæ rubr. — — *drachmam unam.*

Stent in digeſtione, donec perfectè tingantur: *Poſtea Spiritum tinctum, & filtratum*, Sacchari candi albi *ſ. q. edulcora, & ad uſum reſerva.*

TINCTURA TARTARI.

℞. Salis Tartari, in tenſo igne ad ſubcœruleum colorem, in crucibulo, redacti, *q. v. affunde* optimum Spir. vini alcoholiſatum, *ad eminentiã trium vel quatuor digitorum: Pone in digeſtione per aliquot dies, quotidie aliquoties, ut decet, movendo, & tingetur colore rubicundiſſimo. Si minùs colorata fuerit* Tinctura, *per abſtractionem Spiritûs vini denſior reddenda.*

TINCTURA SULPHURIS.

℞. Florum Sulphuris, per Vitriolum ſublimatorum, *q. v.*

Solvantur in Spiritu Terebinthinæ *non nimio, extrahatur deinde, cum* Spiritu vini, *ex prædicta ſolutione, tinctura, quæ ab Oleo Tereb. facilè ſeparabitur. Spiritum vini per balneum, quantũ opus fuerit, abſtrahe,* Tincturamq; *ſatis coloratam reſerva uſui.*

TINCTURA ROSARUM.

℞. Florum Roſarum rubrarum — — *unciam ſemis*,
Aquæ fontanæ puræ — — *libram unam*,
Spiritûs Vitrioli, vel Sulphuris rectificati — — *drachm. ſemis.*

Stent in Mariæ Balneo tepido ſaltem per horas quatuor: Poſtea in rubicundiſſimâ illâ colaturâ *diſſolvatur* Sacchari fini — — *libra una:*
& denuò per chartam bibulam trajiciantur.
Pari modo poſſunt quoque ex

Fl. Vi-

Fl. Violar.
Papav. errat.
Tunicæ, &c.
fieri elegantes Tinc̃turæ.

SPIRITUS PER RETORTAM ELICITI.

SPIRITUS ANT-EPILEPTICUS.

℞. Vitrioli Hungarici depurati —— *libras quatuor*,
Urinæ puerorum ſanorum, rec. collectæ —— *libras octo.*

Digere vaſe clauſo aliquandiu in Balneo M. poſtea in eod. deſtilla ad ſiccitatem duplex phlegma, duplici uſui reſervandum. Caput mortuum ex Retorta terreâ, forti igne nudo, intenſo paulatim calore, urge: Prodeuntibus confertim Spiritibus, liquor *emanat pretioſiſſimus, ſulphurei odoris, & ſaporis auſteriuſculi, qui per Retortam ſemel atque iterum rectificari, ac probè in vitro clauſo aſſervari poteſt.*

SPIRITUS CALVARIÆ HUMANÆ,
CORYLINUS,
CORNU CERVI,
FRAXINI LIGNI,
GUAJACI LIGNI,
OSSIUM HUMANORUM,
QUERCINUS,

℞. Sarmentorum, vel fragmentorum, *ex prædictis cujusdam, impleaturq́ʒ cum iſtis Retorta, igni nudo committenda.*

SPIRITUS MELLIS.

℞. Mellis —— *libram unam*,
Salis communis —— *uncias tres.*

Impone Retorta, & ignem gradatim admove, & exit Aqua, & Spiritus, *quæ aliquoties rectificentur.*

Google

SPIRITUS NITRI.

℞. Salis Nitri, ſ. Petræ — — *libram unam*,
Pulveris Tegularum — — *libras tres*.

Deſtillentur per Retortam igne reverberii, ſpatio duodecim horarum, & exibit Spiritus.

SPIRITUS SALIS COMMUNIS.

℞. Salis com. torrefacti — — *libram unam ſemis*,
Boli com. ſ. Argillæ torrefactæ & pulveriſatæ — — *libras ſex*.

Sal probè teratur, & admiſceatur bolo, ſeu argillæ; mixtura indatur Retortæ luto obductæ, ut tertia pars maneat vacua: imponatur Retorta furno, adaptetur Recipiens ſatis capax; luto tenaci connexum, &, ſervatis ignis gradibus, deſtilletur, donec primò phlegma, poſtea Spiritûs albi, egrediantur. His tranſeuntibus, Spiritûs igne fortiſſimo, & indeſinenti, pellantur, continuando, donec Spiritûs omnes egreſſi ſint; quod trium, vel quatuor, horarum ſpatio finiri poterit.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI.

℞. Salis Armoniaci puri,
Tartari — — *ana libram unam*.

Miſta confertim immittantur Retortæ proboſcidem longam habenti; &, præpoſito Recipiente, deſtilletur lenter, per arenam, igne ultimo pauliſper aucto; & tranſibit Spiritus, unà cum Sale volatili, odore, ſapore, & ſubſtantiâ ad inſtar Spiritûs & Salis urinæ volatilis.

SPIRITUS SULPHURIS
PER CAMPANAM.

Habendum eſt Vas vitreum latum, paropſidis, vel patinæ inſtar, è cujus medio ſurgat meta, ſupra quam crucibulum ſtatuatur, Sulphure *repletum: deſuper* Campana *ſuſpendatur* Vitrea, *eâ diſtantiâ, ne flamma illam attingat. Sic fumus, ex Sulphure accenſo aſcendens, in Campana condenſabitur, atque, in marginibus Campanæ interioribus reſolutus in guttas, ſubjectam in patinam illabetur.*

SPIRITUS TARTARI.

℞. Cremoris, vel Criſtall. Tartari, *q.v.*

Deſtilletur per Retortam, in arenâ collocatam, Recipiente ſatis capace adpoſito; dato igne per gradus, exibit Spiritus *inſigniter penetrans, qui per* caput mortuum Vitrioli *commodè rectificari poterit.*

SPIRITUS VENERIS.

Fit ex Criſtallis Viridis æris, per Retortam deſtillatis.

SPIRITUS VITRIOLI.

℞. Vitrioli purificati — — *libras ſex.*

Benè per filtrum depuratæ injiciantur Retortæ benè lutatæ: huic aptetur Recipiens amplum, commiſſuris benè clauſis, accendatur ignis gradatim, & poſt tres ferè horas phlegma ſtillare incipit; hinc ignis

paulatim augeatur; circiter horam ſeptimam, albis ſpiritibus apparentibus, iterum augeatur ignis, & ita continuetur per integrum diem: Tandem detur maximus ignis, & continuetur labor in diem tertium: refrigeratis omnibus, rectificentur Spiritus; quod clarum eſt, per cineres deſtilletur, & exibit Spiritus clarus & albus.

SPIRITUS VITRIOLI PHILOSOPHICUS, COHOB ANTIMONII DICTUS.

℞. Aquam, quâ Mercurius Vitæ edulcoratus eſt, *evaporet ea leniter in MB. donec apparere incipiat liquor flavus & acidus. Liquor hic eſt* Spiritus Vitrioli Philoſophicus, *qui, per Retortam, à terreſtri materia rectificandus.*

SPIRITUS COAGULATI, SEU SICCI.

SPIRITUS NITRI COAGULATUS: NITRUM REGENERATUM.

℞. Olei Tartari *q. v.*

Immitte guttatim Spiritum Nitri, *donec fervere deſinat: creſcent exinde cryſtalli, qui* Nitri regenerati, *vel* Tartariſati, *nomine aſſervari poſſunt.*

SPIRI-

SPIRITUS SALIS COAGULATUS.

℞. Salis Abſinthii purificati *q. v.*

Huic ſuperadde de Spiritu Salis *tantum, ut cum eo ſ. art. Spag. coaguletur & uniatur, ita tamen, ut ſapore & vi prævaleat & exſuperet* Spiritus Salis: *& ſic ſervetur uſui.*

SPIRITUS VITRIOLI COAGULATUS.

℞. Nitri præpar. — — *part. unam*,
Spiritûs Vitrioli — — *part. duas.*

Miſce, & deſtilla per Retortam: Pulveri, in Retortâ reſiduo, nivei coloris, affunde recentis Spiritûs Vitrioli, *quantum ad ſolutionem ſufficit: Filtratum liquorem evaporare permitte, ad medietatem usque: concreſcent, in loco frigido,* Criſtalli, *ſiccandi, & ad uſum ſervandi.*

SECTIO QUARTA.
OLEORUM.
OLEA AROMATICA
SIMPLICIA.

OLEUM ABSINTHII,
ANGELICÆ,
ANISI,
AURANTIORUM,
CALAMI AROMATICI,

OLEUM CARDAMOMI,
CARVI,
CARYOPHYLLORUM,
CHAMÆMELI,
CINAMOMI,
CITRI,
CORIANDRI,
CYMINI,
FOENICULI,
JUNIPERI,
LAVENDULÆ,
LAURI BACCARUM,
MACIS,
MAJORANÆ,
MASTICHINUM,
MELISSÆ,
MENTHÆ,
NUCISTÆ,
PULEGII,
RHODII LIGNI,
RORISMARINI,
ROSARUM,
RUTÆ,
SALVIÆ,
SAVINÆ,
SPICÆ,
TEREBINTHINÆ,
VINI.

Google

OLEA PER RETORTAM ELICITA.

OLEUM CAMPHORÆ.

℞. Camphoræ — — *partem unam*,
Terræ Lemniæ — — *partes duas*.

Pulveriſata miſceantur & expellantur per Retortam, ſi placet, metallicam, ſæpius laborem reiterando; ſemper cum Camphora emollitâ tantillum exibit Olei, *toties colligendi, & ad uſum reſervandi.*

OLEUM CERÆ.

℞. Ceræ — — *partem unam*,
Cinerum — — *partes tres*.

Deſtilletur per Retortam, ſæpiusq; rectificetur.

OLEUM GALBANI,
SAPONIS,
SUCCINI.

℞. Supradictæ cujusdam materiei — — *libram unam*,
Silicum calcinatorum — — *libras duas*.

Deſtillentur in arena, per Retortam vitream, deſtillabit liquor albus, cum oleo flavo; quo facto, Recipiens mutetur, & aucto igne, prodibit Oleum, rubrum, *quod poſt rectificationem apparebit* flavum.

OLE-

OLEUM PHILOSOPHORUM,
SIVE DE LATERIBUS.

℞. Laterem antiquiſſimum, ex ruffo luto ductum.

Eum confringe in fruſta mediocria & in prunis ure, donec tota excandeſcat: deinde ex prunis exempta fragmenta reſtingue Oleo claro veteri, *ac dimitte, quousque ſe oleo impleverint. Poſtea oleo exempta in pulverem tenuiſſimum contunde, atque in Retortam, aut Cucurbitam vitream, inde, & ſ. Art. luto Chymico juncturas vitrorum claude, ac ſubtus accenſis prunis,* Oleum *elice, & prolectum repone.*

OLEUM PHILOSOPHORUM COMPOSITUM.

℞. Gummi Opopanacis,
Olibani,
Maſtichis,
Bacc. Lauri — — *ana unciam unam ſemis,*
Caſtorei,
Xylo aloës,
Ladani,
Nardi Celticæ — — *ana drachm. duas,*
Cinamomi,
Caryophyllorum — — *ana drachmam unam.*

Omnia pulveriſata addantur

Ol. Olivarum commun.
Terebinthinæ,
Laurini expreſſ. — — *ana libra uni.*

Tan-

Tandem fragmenta tegularum ignitarum *immitte prædictæ miſturæ, & per Retortam, vel Cucurbitam, non nimis intenſo igne, urge; exibit* Oleum *compluribus uſibus maximè accommodatum.*

OLEUM SULPHURIS, SEU BALSAMUS SULPHURIS ANISATUS.

℞. Ol. Aniſi — — *uncias ſex,*
Florum Sulphuris — — *unciam unam.*

Digerantur ſimul, ut fiat florum ſolutio: eodem modo paratur

OLEUM SULPHURIS, SEU BALSAMUS SULPHURIS AMYGDALATUS, SIVE TEREBINTHINATUS.

℞. Ol. Amygd. dulc. *ſive*
Ol. Terebinth. — — *uncias ſex,*
Florum Sulphuris ter ſublimatorum — — *unciam unam ſemis,*

Conſimili, ut ſupra, methodo, & arte digerantur.

EX SIMPLICIBUS OLEIS FIUNT

BALSAMA SIMPLICIA.

BALS. ANGELICÆ,
ANISI,
ANTHOS,
AURANTIORUM,
CARUI,
CARYOPHYLLORUM,

BALS. CINAMOMI,
CITRI,
LAVENDULÆ,
LIGNI RHODII,
MAJORANÆ,
MELISSÆ,
MENTHÆ,
NUCIS MOSCHATÆ,
ROSARUM,
RUTÆ,
SUCCINI.

BALSAMA COMPOSITA.

BALSAMUM APOPLECTICUM.

℞. Ol. Nucis Moſchatæ, ſecundâ vice expreſſi -- *uncias duas,*
Cinamomi -- *ſcrupulos duos,*
Lavendulæ -- *drachmam ſemis,*
Caryophyllorum -- *ſcrupulum unum,*
Ligni Rhodii,
Majoranæ -- *ana grana quindecim,*
Succini,
Rutæ -- *ana grana ſex,*
Balſami Indic. -- *drachmam unam,*
Ambræ gryſeæ -- *ſcrupulum ſemis,*
Moſchi -- *ſcrupulos duos,*
Zibethi -- *drachmam ſemis.*

Miſce.

BAL-

BALSAMUM CARMINATIVUM.

℞. Pingv. Caſtorei —— *drachmam unam,*
Sperm. Ceti recent.
Balſam. Aurant. —— *ana ſcrupulum unum,*
Zibethi —— *grana octo,*
Olei ſtillat. Carvi —— *gutt. duodecim,*
Menthæ,
Chamæmel. —— *ana gutt. quindecim,*
Nuciſtæ expreſſ. —— *drachmas duas.*

Miſce fiat l. a. Balſamum.

BALSAMUM STOMACHICUM.

℞. Ol. Nuciſtæ expreſſ.—— *uncias duas ſemis,*
Menthæ criſpæ —— *unciam ſemis,*
Aurantiorum,
Caryophyllorum,
Macis —— *ana drachmam unam.*
Roriſmarini,
Lavendulæ,
Abſinthii,
Carvi,
Anethi —— *ana drachmam ſemis,*
Ceræ albæ *q. ſ.*

Miſce, & fiat Mixtura.

FIUNT ET ELÆOSACCHARA.

ELÆOSACCHARUM CARYOPHYLLORUM,
CINAMOMI,
CITRI,
MACIS,
ROSARUM.

℞. Prædictorum cujusvis Oleorum — — *guttas decem,* *ad* Sacchari — — *unciam unam.*

Ms.

OLEA EX MINERALIBUS.

OLEUM ANTIMONII GLACIALE, SIVE BUTYRUM ANTIMONII.

℞ Antimonii crudi,
Mercurii ſublimati, *an. q. v.*

In pulverem contuſa, & in paropſide lignea benè miſta, immitte Retortæ vitreæ, & in arena, aucto per gradûs igne, urge: (ne verò in collo Retortæ, congelatio exeuntis liquoris ruptionis periculum adferat, carbone vivo, providè admoto, caveri poterit) Exeuntem liquorem *denuò rectificare licebit.*

OLE-

OLEUM TARTARI.

Tartarum calcinatum *pone in cellâ, ad liqueſcendum*; *vel* Tartarum calcinatum *diſſolve in* Aqua communi, *filtra, & reſerva.*

SECTIO QUINTA. EXTRACTORUM SIMPLICIUM.

EXTRACTUM ABSINTHII,
ALOES LIGNI,
ANGELICÆ,
CALAMI AROMATICI,
CASTOREI,
COLOCYNTHIDIS,
ENULÆ,
ESULÆ,
FOL. SENÆ,
GALANGÆ,
GENTIANÆ,
GRATIOLÆ,
HELLEBORI NIGRI,
LIQUIRITIÆ,
RHABARBARI,
RHAPONTICI,
TORMENTILLÆ,
ZEDOARIÆ.

Cum Spiritu vini *omnia præparari, & ad uſum reſervari poterunt.*

EXTRACTUM ARTEMISIÆ,
CARDUI BENEDICTI,

EXTRACTUM PÆONIÆ RADIC.
SCORDII,
SCORZONERÆ VULG.
MONTANÆ.

Beneficio Aquæ ſimplicis, *prædicta omnia, per decoctionem ſolam*, extrahi *poterunt.*

EXTRACTUM CROCI.

℞. Croci —— *uncias tres.*

Cum Aqua deſtillata ex ſucco Limonum, *vel* Pomorum redolentium, *acuatâ cum* Spiritu Vitrioli, *vel* Oleo Sulphuris, *fiat* Extractum.

EXTRACTUM OPII.

℞. Opii fruſtul. —— *libram ſemis,*
humectetur Aceti Roſacei —— *unciis tribus.*

In ſartagine ferreâ ad ſiccitatem, continuè agitando, paulatim ducatur, ſine ignis vehementia, ne empyrevma redoleat. Hinc Opium illud pulveris. cum Aceti Roſac. *libris tribus, ſtet in calore arenæ, ut ſolvatur; coletur per linteum cum expreſſione, coaguletur; denuò cum* Spirit. fl. Sambuci rectif. *ſolvatur, clarificetur cum albumine ovi, ac inſpiſſetur ad conſiſtentiam* Pilulis *aptam.*

EXTRACTORUM COMPOSITORUM.

EXTRACTUM ALOES ROSATÆ,
PILUL. ALOEPHANGINAR.
AUREARUM,
COCHIARUM.

Aliaı umq;

Aliarumq́; maſſarum Pilularum, *beneficio* Spiritûs Vini rectificati *acquiruntur.*

EXTRACTUM DIACARTHAMI.

℞. Specierum de Trag. frigid. — — *unciam unam,*
Pulpæ Cydoniorum recent. vel condit. — — *uncias duas,*
Zingib. albi — — *unciam ſemis,*
Turpethi raſi — — *unciam unam ſemis,*
Medullæ ſem. Carthami,
Hermodactylorum non perforat — — *ana unciam unam.*

Omnia l. a. comminuantur, & infundantur in Spiritûs vini opt. *ſ. q. per dies quatuor: idq́; repetendo bis tervé, donec vini Spiritus non amplius tingatur: deinde materia reſidua exprimatur, expreſſum cum vini Spiritu priorum infuſionum jungatur, addendo*

Diagryd. opt. præparati & ſubtiliſſ. pulveris. — — *drachm. ſex,*
Mellis roſati colati,
Mannæ cum vino albo calido prius ſolutæ, & rurſus coctæ — — *ana unciam unam.*

Miſce omnia, & in Cucurbitâ ſ. a. per B. M. Spiritus vini abſtrahatur, ut in fundo juſtum craſſamentum ſubſiſtat.

F. Electuarium cum Extracto.

EXTRA-

EXTRACTUM CHALYBIS,
MAGISTERIUM MARTIS APERITIVUM DICTUM.

℞. Succi Acetoſellæ expreſſi & depurati — — *libras tres*,
Tamarindorum opt. — — *uncias octo.*

Parùm coquantur, & colentur per laneum pannum; clarificatum ſervetur in Cucurbita vitrea; cui addantur

Limaturæ chalybis à ſordibus purgatæ — — *unciæ quatuor.*

Digerantur in loco calido tribus diebus & noctibus, & ſæpè agitentur; poſtea per chartam bibulam filtrentur, & inſpiſſentur per arenam, ad conſiſtentiam Extracti.

EXTRACTUM GUMMI-GOTTÆ ROSATUM.

℞. Gummi de Peru pulveriſati — — *unciam unam.*

Diſſolve cum Spiritu vini, *quouſq; totum Gummi ſit ſolutum; Tincturam per filtrum extrahe, & ad quartæ partis remanentiam abſtrahe. Reſina in liquore reſiduo ſeparetur, lavetur, & in leni calore exſiccetur: deinde*

℞. Fl. Roſ. rubr. — — *unciam unam,*
Santal. rubr. — — *drachm. duas:*
Superfundatur Spiritûs Vini — — *libra una,*
Vitrioli — — *drachm. una.*

Fiat in leni calore extractio, & colatura ad dimidias circiter abſtrahatur, quæ ad humectandam & inſuccandam reſinam uſurpanda fuerit.

XE-

EXTRACTUM PANCHY-
MAGOGUM.

℞. Fol Senæ — — *uncias quatuor,*
Seminis Ebuli triti — — *uncias tres,*
Agarici opt.
Radic. Helleb. nigr. veri — — *ana unciam unam,*
Pulpæ Colocynth. — — *drachm. ſept.*
Scammonii ſelect. — — *drachm. ſex,*
Turpethi gummoſi — — *drachm. quinque,*
Rhabarb. ſelect.
Hermodactyl. — — *ana drachm. tres,*
Elaterii — — *drachm. duas.*

Infundantur hæcce contuſa in Spiritum Vini rectificatum, *inq; leni digerantur calore, ad duodecim dies. Tinctum effunde Spiritum Vini per decantationem, recentemq; affunde, idq; toties, donec omnis tinctura & vis purgatrix fuerit extracta, repete. Huic affunde ex*

Spec. de Roſis &
de Ambrâ — — *ana unciâ unâ,*

Tincturam, *cum* Spiritu Vini rectificato, *conſimili modo,* extractam. *Adjunge, ex fecibus ſupra relictis, & incineratis, eductum ſalem: Abſtrahe Spiritum in lento balneo, ad mellis craſſitiem, in fundo relictam, circa finem addendo*

Ol. Cinamomi,
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ — — *ana gutt. decem.*

Miſce.

LAUDANUM OPIATUM.

℞. Opii Sulphurati —— *unciam unam*,

Extrahatur cum Spiritu Vini rectificato, *reducatur ad mellis conſiſtentiam, cui addantur*

Extr. Caſtorei,
Solutionis Corallior.
Perlarum —— *ana drachma ſemis*,
Eſſentiæ Croci —— *ſcrupulus unus*,

Tandem adjungi ſub finem poterunt

Ol. Citri,
Cinamomi,
Caryophyllorum —— *ana gutt. tres.*

Fiat Maſſa *inſtar* Extracti.

NEPENTHES AUREUM.

℞. Extracti Opii —— *unciam ſemis*,
Croci —— *drachmas duas*,
Croci Solis —— *ſcrupulos duos*,
Reſinæ ligni Aloës,
Ambræ gryſeæ opt. —— *ana ſcrupulum unum.*

Miſceantur, & incorporentur ſimul in vaſe vitreo, eoq́; benè clauſo, ſerventur.

SE-

Digitized by Google

SECTIO SEXTA.

SALIUM VEGETABILIUM, PER INCINERATIONEM.

SAL ABSINTHII,
ARTEMISIÆ,
CARD. BENED.
CENTAUR. MINORIS,
FOENICULI,
FRAXINI,
FUMARIÆ,
GENISTÆ,
JUNIPERI,
ONONIDIS,
PETROSELINI,
RUTÆ.

SALIA ESSENTIALIA;

SAL ESS. ACETOSELLÆ,
BERBERUM,
FOENICULI.

Depurentur prædictarum herbarum Succi, *& coquantur modicè, inq; cellam deinceps reponantur: Adhærebit inde vaſis parietibus* Sal *quoddam, herbæ* Eſſentiam *æmulans.*

SALIA VOLATILIA.

SAL. VOLAT. CRANII HUMANI,
CORNU CERVI,
SUCCINI,
VIPERARUM,
URINÆ.

Hæc Salia *in deſtillatione per Retortam ſe produnt ; quamvis* Sal Urinæ*, per ſimplicem deſtillationem, etiam in ſublime phiolæ ſe elevet.*

SALIA MINERALIA.

SAL JOVIS.

Extrahitur ex cineribus Stanni*, ope* Aceti deſtillati.

SAL NITRI DEPURATUM,

SAL PRUNELLÆ DICTUM.

℞. Nitri *q. v.*

In Aqua communi *ſolvatur, filtretur, in frigido loco coaguletur : Deinde in ſartagine ſupra prunas iterum ſolvatur ; liquati, per calorem, Nitri libræ uni injice* Fl. Sulphuris*, paulatim & pedetentim, unciam unam, donec omnis pinguedo ſulphurea deflagraverit ; tandem ad frequentem effundatur uſum.*

SAL NITRI CRISTALLISATUM.

℞. Nitri *libram unam:*

Solvatur in Aquâ purâ; *ſolutioni affundantur* Spiritûs Nitri *unciæ quatuor, filtretur, in convenientiq; calore, quantum opus fuerit, abſtrahatur, &, repoſita in cellâ, eximios largietur* Criſtallos.

SAL SATURNI, SACCHARUM SATURNI ALIAS DICTUM.

℞. Minii *quantum vis.*

Infundatur eidem competens deſtillati Aceti *quantitas, coquantur parùm, & per filtrum depurentur: Novum denuò reliquiis Acetum affunditur, idq; toties fit, quoad nihil ampliùs dulcedinis in reſiduo Minii deprehenditur.*

SAL TARTARI.

Per ſimplicem calcinationem perficitur.

SAL VITRIOLI VOMITORIUM.

Ex capite mortuo Spiritûs Vitrioli, *ad brunum calorem calcinato, & per reiteratas ſolutiones purificato,* Sal *eluatur, cum* Aquâ communi, *filtretur, exhalante, ſuper ignem lentum, humiditate remanebit in fictili* Sal *ſiccum album, ad incarnatum vergens, quod eſt* Sal Vomitorium, *dictum aliàs* Gilla Theophraſti.

SECTIO SEPTIMA: CHYMICA SIMPLICIA ET COMPOSITA.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

℞. Reguli Antimonii Ungarici — — *libram unam,*
Nitri — — *libras tres.*

Pulveriſentur ſeorſim, cribrentur, per minima in mortario miſceantur: Poſtea in crucibulum ignitum ſatis capax injiciantur. Ubi conflagraverit prima portiuncula, alia poſt aliam paulatim immittatur; tandem, coopertum, per unam alteramq; horam, in igne relinquatur crucibulum. Frigefactum deinde idipſum, effractum, malleoq; contuſum, & à carbonibus mundatum, injiciatur in Aquam calidam puram: Calcem, à fragmentis crucibuli liberatam, denuò edulcora, quoties ſalſedo ſupereſt. Pulverem poſtremò exiccatum, cum Aceto deſtillato per triduum digere, denuoq;, aceto effuſo, exicca, & per horam calcinari permitte.

AURUM FULMINANS.

Solvatur Aurum foliatum *in* Spiritûs Nitri, cum Sale Armoniaco acuati, ſeu Aquæ Regis *ſ. q. dein* Oleo Salis Tartari, per deliquium parato, *guttatim inſtillato, præcipitabitur Pulvis, in formâ calcis, ad fundum vitri. Hic benè edulcoretur, cavendo tamen, ne in exiccatione nimio calore utaris.*

BEZO-

BEZOARTICUM ANIMALE.

℞. Alcohol Serpentum, ex cordibus, carne, oſſibus, hepate, cum Vino Malvatico benè lotis — *uncias ſex*,

Typhorum Cervinorum ⎤ juſto tempore collectorum.
Cornu Cervi, ⎦ — *ana drachmas ſex*,
Magiſt. Ocul. Cancri,
Margarit. &
Corallior. rubr. — *ana unciam ſemis*,
Terræ ſigillatæ opt. — *drachmas tres*,
Bezoar Orient. — *drachmas duas*,
Radic. Imperatoriæ,
Angelicæ,
Fol. Scordii — *ana drachmas ſex*,
Salis Cardui benedicti,
Abſinthii — *ana drachmas duas*,
Ol. Cinamomi,
Citri,
Angelicæ,
Caryophyllorum — *ana ſcrupulum unum*.

F. l. a. Pulvis ſubtiliſſimus, *ſervetur uſui*.

BEZO-

BEZOARTICUM MINERALE.

℞. Butyri Antimonii, ex Regulo Antim. & Mercurio ſublimato parati, & rectificati, *q. v.*

Inſtilletur ſenſim, & guttatim, Spiritus Nitri, *tamdiu, donec ceſſet omnis æſtus: Poſtea, in arenâ, Spiritus, per Alembicum, ſeparetur, qui denuò affundatur, idq; tertiâ vice repetatur: Tandem in crucibulo benè candeſiat.*

BEZOARTICUM SOLARE.

℞. Solis per Antimonium fuſi — — *unciam ſemis,*

Foliatus *ſolvatur in* prædicto ſeparato à Bezoartico minerali Spiritu, *affundatur ſolutum per decantationem, Bezoartici mineralis unciis quatuor, & inde abſtrahatur, quod liquidem eſt, igne ſatis intenſo: relictum* Bezoarticum *in crucibulo aliquandiu calcinetur.*

BEZOARTICUM LUNARE.

℞. Butyri Antimonii, *cum* Spiritu Nitri ſoluti — — *unciam unam,*

Lunæ finæ, in Aqua forti ſolutæ — — *drachm. unam.*

Utraque ſoluta conjungantur, & ter cohobando, ad ſiccitatem, per Alembicum, deſtillentur: Relicta maſſa in crucibulo calcinetur aliquot horarum ſpatio.

Conſimili methodo cætera, aliorum Metallorum Bezoartica *conficiuntur, ſolutis iis,* & Solutioni Butyri Antimonii *affuſis.*

CINA-

CINNABARIS ANTIMONII.

Colligitur ex Retortæ collo, in deſtillatione Butyri Antimonii, *& denuò ex* capite mortuo *ſublimatur.*

CORNU CERVI AURATUM.

℞. Cornu Cervi Spargyricè, per vaporem, præparati —— *unciam unam,*
Croci Solis —— *drachm. unam, ſcrupulum unum.*

Miſce in mortario, aſſervetur in forma Pulveris.

CREMOR ET CRISTALLI TARTARI.

Fiunt per decoctionem Tartari, *craſſiuſculè contuſi, abluti, & benè cocti, atq; in vas patens, ſeu patinam, terream vitreatam effuſi:* Flos *ille, per refrigerationem, in ſublimi, concreſcens, cochleari collectus, novo, per ulteriorem decoctionem, cremori acquiſito ſuperadditur: Hic* Pulvis, *reiteratâ, per decoctionem, ſolutione nitidior redditus, & uſui petentium aſſervatus exponitur.*

In parietibus patinæ Criſtalli *hærebunt, qui prædictâ methodo pellucidi redduntur.*

CROCUS MARTIS
APERITIVUS.

℞. Vitrioli Martis *q. v.*

Pulveriſatum, leni reverberii igne, per quadrantem horæ, in Crocum *pulcherrimum converte.*

CROCUS MARTIS
REVERBERATUS.

Laminæ ferri *aperto igne reverberentur, abſtergitur inde* Pulvis *rubicundus, & elegantisſimus toties, quoties per reverberationem colligi poteſt, uſuiq; reponitur.*

CROCUS METALLORUM.

℞. Antimonii,
Nitri, ana:

Pulveriſata miſceantur, igniantur, & calcinentur; hinc aquâ calidâ diligenter ſalſedo eluatur, exſiccetur reſiduus Pulvis, *& pro uſu reſervetur.*

CROCUS METALLORUM
ABSINTHIACUS.

℞. Antimonii ſelecti,
Salis Abſinthii — — *ana:*

Fiat prædictâ methodo.

CRO-

CROCUS SOLIS.

℞. Auri finiſſimi, per Stibium præp. & in folia redacti — *unciam ſemis*,
Salis Nitri opt. purif. —— *uncias decem*,
Aluminis —— *uncias octo*,
Salis communis —— *uncias quinq*;

Miſceantur, immittanturq; Cucurbita vitrea, ſuperaffuſa ſuff. Aquâ, *pro ſolutione ſalium; coquantur in arena, igne modico, ad priſtinam ſalium ſiccitatem. Huic maſſæ denuò affunde, pro ſolutione*, aquam calidam, *quæ, calore tinctâ aureo, filtretur, filtrataq;* Oleum Tartari, per deliquium facti, *q.ſ. guttatim inſtilletur; quod præcipitabitur, ab omni ſalſedine, calidâ crebrò affuſâ, liberetur; leniq; calcinatione purpureo violaceus ille redditus* Pulvis *aſſervetur*.

DIAGRYDIUM ROSATUM, ALIAS CHOLAGOGUM INSUCCATUM.

℞. Scammonii Sulphurati *q.v. & infundatur in* Succo Roſarum, *repetitâ vice, & exſiccetur*.

DIAGRYDIUM SULPHURATUM.

℞. Scammonii ſelecti — *uncias tres, aut quantum volueris:*

Craſſiuſculè tere, & ſupra chartam leviter perforatam æqualiter expande; mox ſuperimpone crati, ſub qua ſit vivus carbo, in quem injice Sulphur; *ſuffumigetur Scammonium, cavendo, ne liqueſiat. Quò diutius Scammonium eo fumo imbueris, eò melius illud præparabitur.*

FÆCULA ARI,
BRYONIÆ,
PÆONIÆ,
SERPENTARIÆ.

℞. Raſuræ Radicis cujusvis, ex prædictis, *quantum volueris:*

Minutim inciſam, & contuſam, ſacco lineo inditam, ſub prælo extrahas, & quàm fortiſſimè ſuccum exprimas, quem in loco frigido detineas, & reſidebunt feces, inſtar Amyli, albiſſimæ, quæ, à ſupernatante ſucco turbido liberatæ, & in umbra ſiccatæ, Fecularum *loco aſſervari poterunt.*

FLORES ANTIMONII.

Antimonium *ponatur in ſublimatorium terreum, quod in arenam imponatur, usq; ad Alembicum: Ignem gradatim admove, cavendo, ne ſit nimium fortis, aut debilis. Colligentur triplices* Flores, albi, flavi, & rubri.

FLO-

FLORES BENZOES.

℞. Benzoës pulv. *q. v.*

Miſce cum ſabulo, ac imple iis Retortam ad medietatem: Deſtilla gradatim ex arena, & exibit Lliquor ſeu Oleum, inſtar butyri.

℞. Hunc liquorem , cum oleo adde aquæ pluviæ *q. ſ. deſtilla in cinere, per Alembicum, & extillabit* Oleum clarum. *Poſtquam pars media aquæ extillaverit, extinguatur ignis, effundaturq; materia, in cucurbita relicta, in lebetem aneum, caleſiatq; opt. ſuper igne, affuſo ſubinde aqua calida quadruplo; hinc filtretur per pannum, filtratum reponatur ad criſtalliſandum; collectos hoſce* Flores *exicca lento calore.*

GELATINA CORNU CERVI.

Fit ex Aquâ, à præparatione, per vaporem, Spagyricâ Cornu Cervi reſiduâ, *quæ per colatorium depurata, ad juſtam conſiſtentiam evaporârit.*

LAC SULPHURIS.

℞. Florum Sulphuris *q. v.*
Salis Tartari *duplum:*

Liqueſcant ſimul in crucibulo; liquefactis affunde aliquid Aquæ calidæ, *mox effunde in patinam, aquâ calida plenam, & ſtatim filtrentur: Affundatur deinde* Acetum deſtillatum, *donec totus liquor albeſcat, &* Lac *fundum petat; quod, effuſo liquore, colligatur, & exſiccetur.*

LAPIS MEDICAMENTOSUS.

℞. Vitrioli —— *lib. unam,*
Nitri —— *lib. ſemis,*
Boli Armenæ —— *uncias quinq;*
Aluminis —— *uncias tres,*
Ceruſſæ —— *unciam unam,*
Fellis vitri —— *drachm. duas.*

